

Prologus

Magister: In omnibus curiosus existis nec me desinis infestare. Quamvis enim ob multos editos laboriose tractatus scias me non modicum fatigatum, quoddam tamen opus insolitum fieri postulas importune. Nam ut de controversia quae super fide catholica et multis incidentibus inter Christianos nunc vertitur nescio quam summam tibi componam impudenter exposcis et audacter formam procedendi modumque loquendi mihi, ut dicis, intendis imponere. Sane cum tuam fuerim importunitatem frequenter expertus non eo quod amicus meus es sed propter importunitatem tuam voluntati tuae parere conabor. Quale ergo opus et quomodo edi desideras manifesta

Discipulus: Vehementer exulto quod meis supplicationibus acquiescis. Teneo enim firmissime quod opus futurum occasionem inveniendi veritates quamplurimas toti Christianitati perutiles ministrabit. Quod opto in tres distingui tractatus quorum primum

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 2 magister] *omitted* Ly Vc Vg 4 fieri] *omitted* Fi Ly Vg 5 ut] nec Fi Vg 5 super] de Ly 6 vertitur] quaestio *added* Ly Vc Vg 6 nescio] *omitted* Ly Vg 7 tibi] *omitted* Fi 7 componam] exponam Fi Ly Vc Vg 8 loquendi] *omitted* Fi 8–9 ut ... fuerim] *omitted* Vg 9 fuerim] scierim Fi 10 importunitatem] Ca Lb: improbitatem Fi Ly Vc; probitatem Vg 11 quomodo] cuiusmodi Ly Vg 12 edi] *omitted* Ly Vg 13 quod] tu *added* Ly 14 enim] ergo Ly Vg, igitur Fi 16 tractatus] partes Ly 16 quorum primum] quarum prima Ly

incipit prologus in libros dyalogorum qui versantur inter magistrum et discipulum suum Ox; in nomine domini incipit prologus in libros dyalogorum qui versatur inter magistrum et discipulum capitulum primum. Magister Fi; Venerandorum virorum vestigia non relinquens, duas personas, discipuli scilicet et magistri, finxi seu suscepi, inter quas sequens dialogus verteretur, in persona discipuli verbis utens quam pluribus ex quibus posse colligi videretur quod idem discipulus de parte esset omnino mihi contraria mecumque communionem habere penitus non auderet, tali modo quod ego sequentis operis essem auctor omnibus hominibus duobus exceptis putans et gestiens occultare. Sed contra estimacionem et intencionem meam accidit, nescio per quem, contrarium. communicata prima parte operis huius, statim quod ego feceram quam plures non latuit. Nec tamen propter hoc inceptum procedendi modum et loquendi dimisi, sed continuavi et usque ad finem continuare propono. Quam ob rem nemo mihi debet quamcumque opinionem qualitercumque hic discussam vel recitatum imponere, nisi quam a me alias vel in aliis operibus scriptam vel dictam assertive vel opinative cognoverit. Nichil enim in persona mea sed aliorum hic dico. Quid autem de omnibus sencio in quodam alio opere intendo concedente domino explicare *added* We; as in We (with minor variations), then: incipit prologus venerabilis inceptoris fratris Gwilhelmi Ockam ordinis fratrum minorum nationis anglicorum Fr

“De haereticis”, secundum “De dogmatibus Iohannis vicessimise-
cundi”, tertium “De gestis circa fidem altercantium orthodoxam”
volo vocari. Totum vero opus “Dialogum” censeo appellandum.
Peto enim ut per interrogationem et responsionem fiat. Volo nam- 20
que te interrogare et tu mihi respondebis. Persona autem mea
nomine “Discipuli”, tua vero nomine “Magistri” notetur, in quo
personam recitantis assumes. Nec tantum unam sed plures quan-
do tibi videbitur ad eandem interrogationem narra sententias.

Sed quod tua sapientia sentit mihi velis nullatenus indicare. 25
Quamvis enim velim omnino ut cum diversas et adversas asser-
tiones fueris discussurus tuam quoque minime praetermittas, quae
tamen sit tua nullatenus manifestes. Ad quod petendum moveor
ex duobus. Primum est quia tantam de tua doctrina aestimationem
obtineo quod propter sententiam quam te omnino scirem asserere 30
intellectum proprium cogerer captivare. In his autem quae modo
gestio indagare tua nolo auctoritate moveri, sed quid in me pos-
sint rationes et auctoritates quas adduces ac meditatio propria
experiri.

Secundum est quia, cum amor et odium, superbia, ira et in- 35
vidia ac nonnullae aliae animae passiones in inquisitione veritatis
humanum impediunt, immo pervertant, iudicium, si sententiam
tuam et etiam nomen occultare volueris, nec amici opus futurum
plusquam debeant amplectentur, nec plusquam oporteat despi- 40
ciant inimici, sed hii et illi, non quis aut cuius sententiae fuerit
auctor, sed quid dicitur attendentes, rectoribus oculis scribenda
respicient et insistent sincerius indagari veritatis.

Propter quam etiam rationem in hoc opere quid de domino
summo pontifice ac doctrina eius suisque aemulis sentias nequa-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 17 secundum] secunda Ly 17 dogmatibus]
pape added Vc 18 tertium] tertia Ly 18 circa] contra Ly Vg 20 et] per
added Ly 20–21 namque] enim Ly 22 notetur] vocetur Fi Ly 26 velim]
velis Ly 26 ut] vero Vg 27 discussurus] discursurus Ly 27 quoque]
conclusionem Ly Vg 28 manifestes] manifesta Fi Vc 32 tua] omitted Ly
Vg 33 adduces] quis adduceret Ly, adducere Vg 33 ac] aut Ly Vg 36 ac
nonnullae] nec non Ly, aut vero nullae Vg 36 aliae] omitted Fi 36 in] ab
Ly 37 humanum] accipiant added Vg 37 immo] et added Ly 37 sententiam]
scientiam Vg 39 amplectentur] amplectantur Vg 39–40 despiciant] de-
spicient Ly 40 quis] quid Vg 40 aut cuius] est alicuius Ly Vg 40 aut]
ac Fi 40 fuerit] omitted Ly Vg 41 rectoribus] remotis zeli Ly, remotio-
rem Vg 42 respicient] respiciant Fi 42 sincerius] citius Vg 42 indagari]
indagare Ly Vg 42 veritatis] veritatem Ly Vg 43 quid] quod Fi 44 ac]
de added Ly Vg 44–45 nequaquam] nunquam Ly Vg

45 quam aperias. Quod ut magis abscondas, cum de personis loque-
ris eorum, nomina supprimas officiorum et primis litteris nomi-
num priorum appella. Unde dominum papam dominum I, **Fi**
illegible Bavarum dominum B, Fratrem Michaellem, Generalem
Fratrum Minorum, fratrem M, Fratrem Giraldum Othonis Fratrem
50 G cura vocare.

A te autem specialiter hoc opus efflagito non solum quia te
reputo prae aliis eruditum, sed etiam quia te video circa contin-
gentia controversiam praefatam singulariter occupatum. Omnes
enim libellos et opera adversariorum contra dominum summum
55 pontificem niteris congregare, in quibus sine intermissione stu-
des, ita ut aliquando occasionem habeam suspicandi quod ali-
qua dubitatio in corde tuo de summo pontifice eiusque doctrina
nascatur. Quia tamen a me—quem scis eiusdem domini summi
pontificis sincerissimum zelatorem, et quod adversarios compli-
60 cesque eorum valde detestor—de praedictis nihil abscondis, mihi
praebes materiam opinandi quod ad reprobandum tempore oppor-
tuno omnia opera colligis aemulorum. Verumtamen propter mo-
tiva praescripta ante huius operis consummationem mihi mentem
tuam minime pandas, nec propter hoc putes te culpam aliquam
65 incursum, quia ut melius nosti nonnumquam licet veritatem ex
causa tacere.

Tractatum igitur primum de haereticis acceleres inchoare, quem
in septem divide libros, quorum primus investiget ad quos, theo-
logos videlicet vel canonistas, pertinet principaliter diffinire quae
70 assertiones catholicae, quae haereticae, qui etiam haeretici et qui
catholici, debeant reputari. Secundus inquirat quae assertiones
haereticae, quae catholicae, sunt censendae. Tertius principaliter
consideret quis errans est inter haeticos computandus. Quartus
quomodo de pertinacia et pravitate haeretica debeat quis convin-
75 ci. Quintus qui possunt pravitate haeretica maculari. Sextus agat
de punitione haeticorum et maxime papae si efficiatur haetici-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 45–46 loqueris] loquens Vg 47 appella]
omitted Vg 47 papam] Iohannem 22 *added* Vc; vel *added* Vg 47 i] vel
Vg 48 bavarum] Bavariae Ly 48 dominum] regem romanorum Vc 48 b]
omitted Vg 49 fratrem m] *omitted* Vg; magister Ly 49 giraldum] gerar-
dum Ly Vc, girardum Fi Vg 52–53 contingentia] *omitted* Ly; contrariam Vg
53 omnes] *omitted* Vg 56 suspicandi] supplicandi Vg 56–57 aliqua]
acta Vg 59 zelatorem] celatorem Vc 62–63 motiva] moram Vg 65–66 quia ...]
tacere] *omitted* Fi Ly Vg 67 tractatum ... primum] primam ergo partem
Ly 67 quem] materiam Ly Vg 70 qui?] *omitted* Fi Ly 74 pertinacia]
pertinacitate Ly

cus. Septimus tractet de credentibus, fautoribus, defensoribus, et receptatoribus haereticorum.

Magister: Affectas ut video quatinus ex serie dicendorum nemo possit colligere quam partem dissentientium circa catholicam fidem reputem iustio- rem, quod tuae satisfaciens voluntati, una cum aliis quae efflagitas, servare curabo. Porro cum opus futurum per interrogationem et responsionem fieri roges, responsionem autem interrogatio antecedit, tuum erit incipere. Quod ergo tibi placet interroga.

80

85

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 78 receptatoribus] receptoribus Ly Vg 78 haereticorum] capitulum tertium *added* Fi 80 partem] per Vg 80 catholicam] *omitted* Vg 82 quae] vel *added* Ly 82 efflagitas] largitas Vg; vel affectas *added* Ly 82 porro] primo tamen Ly Vg 82 cum²] *omitted* Vg 84 quod] quid Vg

LIBER PRIMUS**Capitulum 1**

Discipulus: Quoniam occasione dissensionis quam in Christianitate conspicio de assertionibus haereticalibus et catholicis ac etiam de personis haereticis et orthodoxis sum indagaturus
5 quamplurima, in primis duxi quaerendum ad quos theologos videlicet vel canonistas, pertinet principaliter diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda.

Magister: Ad interrogationem propositam respondetur quod
10 verbum diffiniendi plures habet significationes, de quibus duae videntur ad propositum pertinere. Contingit enim aliquid diffinire auctoritate officii, et sic diffinire quae assertio haeretica et quae catholica est censenda ad summum spectat pontificem et concilium generale. Aliter contingit diffinire per modum doctrinae, quo
15 modo magistri in scholis quaestiones diffiniunt et determinant. Et sic accepto verbo “diffiniendi” circa propositam quaestionem diversimode sentiunt literati.

Discipulus: Ad praesens accipio verbum “diffiniendi” secundo modo. Et sic accepto vocabulo diversas sententias cum motivis
20 earum audire desidero.

Magister: Quorundam est opinio quod ad canonistas principaliter spectat quae assertio est catholica, quae haeretica, iudicare, pro qua tribus rationibus videntur posse moveri, quarum prima est haec. Ad illam scientiam principaliter spectat discernere quae
25 assertio catholica, quae haeretica, est censenda quae principaliter tractat de approbatione veritatum catholicarum et reprobatione haeresum damnatarum. Huiusmodi est scientia canonistarum et non theologia. Ergo etc.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 1 liber primus] *omitted* Ly 4 haereticalibus] haereticis Ly Vg 6 quamplurima] quamplurimum Ly Vg 7 vel] *omitted* Fi; ad *added* Ly 8 catholica quae] *omitted* Fi 9 interrogationem] tuam *added* Ly Vg 9 respondetur] sequitur Vg 9 quod] hoc *added* Ly 10 diffiniendi] diffinire Ly 11 aliquid] aliud Vc 12 quae¹] est *added* Ly Vg 12 assertio] est *added* Fi 12 et²] *omitted* Fi Ly 14 aliter] aliquando Ly Vg 16 verbo] secundo modo Ly 24 haec] *omitted* Fi 24 spectat] diffinire et *added* Ly Vg

Incipit primus liber, ad quos, theologos vel canonistas, pertinet principaliter diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, sit censenda investigans Vc; Incipit primus liber primae partis dialogorum Fi Vg; Incipit primi libri primae partis c. 1 dialogorum, et ostendit quod diffinire in materia fidei per modum auctoritatis petinet ad summum pontificem sed si modum doctrine arguit quod spectat ad canonistas Ox

Secunda ratio est haec. Ad illam scientiam pertinet diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda cui fides quantum ad credibilia principaliter adhibetur. Sed quantum ad ea quae sunt fidei magis credendum est canonistarum scientiae quam theologiae, quia magis credendum est ecclesiae, per quam edita est canonistarum scientia, quam evangelio, teste Augustino, qui videtur asserere maiorem esse auctoritatem ecclesiae quam evangelii, quia nec evangelio inquit crederem nisi auctoritas ecclesiae compulisset. Ergo ad scientiam canonistarum magis pertinet diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda quam ad theologiam .

Tertia ratio est haec. Ad illam scientiam principaliter spectat discernere quae assertio catholica quae haeretica est censenda cuius auctor habet symbolum fidei ordinare et articulos fidei rite distinguere. Sed hoc spectat ad summum pontificem, qui auctor est scientiae canonistarum. Ergo ad scientiam canonistarum, et per consequens ad ipsos, principaliter quam ad theologos, pertinet diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, debeat reputari.

Capitulum 2

Porro alii indubitanter tenent quod ad theologos spectat non per modum diffinitionis authenticae sed per modum doctrinae principaliter diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, sit censenda, et quod ad canonistas non pertinet nisi in quantum eorum scientia aliqua ad fidem spectantia a theologia dignoscitur mendicare.

Hanc autem suam assertionem rationibus confirmare nituntur, quarum prima haec est. Ad illius scientiae tractatores propter quam solummodo dicitur quaecunque assertio catholica vel haeretica principaliter pertinet diffinire per modum doctrinae quae

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 30 quae! ... cui] etc. cui Fi Ly Vg 33 theologiae] igitur probo minorem *added* Ly 33 quia] sed Vg 34 teste] testante Ly Vg 34 augustino] contra epistolam fundamenti *added* Ly Vg 35 ecclesiae] *omitted* Fi 37–39 ad ... theologiam] etc Fi Ly Vg 40 est] *omitted* Fi Ly Vg 40 haec] *omitted* Fi Ly Vg 41 catholica ... censenda] etc Fi Ly Vg 43 distinguere] diffinire Ly Vg 3 authenticae] aut auctoritatis Fi 6 spectantia] pertinentia Ly Vg 9 tractatores] doctores Fi Ly Vg

34–37 Liber contra epistolam Manichaei, PL. vol. 52, col. 176

Quod in materia fidei diffinire per modum doctrine spectat ad theologos per 8 rationes. Ox

assertio est catholica, quae haeretica, reputanda. Sed propter theologiae solummodo quaecumque assertio est catholica vel haeretica nuncupanda. Illa enim sola assertio quae est consona theologiae est vere catholica, illa vero sola quae theologiae noscitur
 15 adversari haeretica esse dignoscitur—si enim aliqua assertio quibuscumque decretis summorum pontificum vel etiam generalium conciliorum aut etiam legibus imperatorum inveniretur adversa, si theologiae nullatenus obviaret, quamvis pro falsa, erronea vel
 20 iniqua posset haberi, non tamen deberet inter haereses computari. Ergo ad theologiae tractatores principaliter pertinet diffinire per modum doctrinae quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda.

Secunda ratio est haec. Ad illius scientiae tractatores in qua
 25 explicite et complete traditur regula fidei orthodoxae principaliter pertinet diffinire per modum doctrinae quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda Huiusmodi autem est scientia theologiae, non scientia canonistarum. Multa enim ad fidem nostram spectantia in theologia reperiuntur explicite de quibus in scientia canonistarum mentio non habetur, nihil autem spectans ad regulam fidei in eorum scientia poterit reperiri nisi quod a theologia recipiunt. Ergo ad theologos talis diffinitio principaliter noscitur pertinere, ad canonistas autem non spectat nisi in quantum aliqua
 30 theologica noscuntur a theologis mendicare.

Tertia ratio est haec. De assertionibus quas scientia superior et inferior tractare noscuntur habet scientia superior principaliter iudicare. Sed de quibusdam assertionibus catholicis et haereticis theologia, quae est superior, et scientia canonistarum, quae est inferior, aliquo modo pertractant. Ergo ad theologiam pertinet
 35 principaliter de assertionibus catholicis et haereticis iudicare.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 12 quae haeretica] *omitted* Fi Ly Vg 13–14 vel haeretica] *omitted* Fi Ly Vg 14 illa] illius Ly 14 quae] *omitted* Vg 15 catholica] theologica Ly Vg 15 sola] *omitted* Vc 16–17 quibuscumque] aliquibus Ly Vg 18 aut] ac Fi Ly Vg 19 falsa] et *added* Ly 22 catholica] et *added* Ly 24 est haec] *omitted* Fi Ly Vg 24 tractatores] doctores Ly Vg 24–27 in ... censenda] pertinet diffinire etc. quae tractat regulas fidei quae tractantur in alia scientia et plures alias et non econtra Ly Vg 27 autem] *omitted* Fi Ly Vg 28 scientia] *omitted* Fi Ly Vg 28 enim] quae *added* Ly Vg 29 spectantia] spectant Ly Vg 31 eorum] earum Vg 32 ergo] igitur Fi 33 in] *omitted* Fi Ly Vg 34 a theologis] noscuntur *added* Fi 36 principaliter] principaliter Ly Vg 37–38 haereticis] haereticis Ly Vg 39 pertractant] tractant Ly Vg 40 principaliter] principaliter Ly 40 haereticis] haereticis Ly

re, et per consequens ad theologos principaliter pertinet diffinire per modum doctrinae quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda.

Quarta ratio est haec. Ad illius scientiae tractatores per quam plures assertiones catholicae explicite sub forma propria pertractare approbantur principaliter spectat discernere quae assertio catholica, quae haeretica, est habenda, non ad illam in qua paucae veritates catholicae explicite approbantur. Huiusmodi est theologia, non scientia canonistarum, quia in scientia canonistarum paucae veritates catholicae sub forma propria pertractantur. Ergo talis diffinitio ad theologos principaliter noscitur pertinere.

Quinta ratio est haec. Ad tractatores illius scientiae per quam antequam esset canonistarum scientia viri catholici et fideles assertiones catholicas approbaverunt, et haereses damnaverunt, principalissime pertinet diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda. Huiusmodi autem est theologia, nam antequam canones ederentur apostoli aliique discipuli Christi tanquam viri catholici veritates catholicas approbaverunt, praedicaverunt ac occulte et publice docuerunt doctrinasque haereticas et auctores earum confutaverunt, reprobaverunt et etiam damnaverunt. Unde et beatus Paulus, sicut legitur ad Titum 3, haeticum hominem post primam et secundam correctionem devitandum docuit. Prima etiam ad Thimotheum 4 asserit manifeste doctrinam “prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus” ad spiritum erroris et doctrinam daemoniorum, et per consequens ad pravitatem haeticam, pertinere. Ergo ad theologiam, et per consequens ad theologos, principaliter pertinet diffinitio talis.

Sexta ratio est haec. Ad tractatores illius scientiae cui, quantum ad illa quae fidei sunt, omnis alia scientia cedit principaliter

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 41 diffinire] et *added* Ly Vg 45–46 pertractare]
 pertractatae Fi 48 catholicae ... approbantur] pertractantur pertinet etc. Ly
 Vg 49 quia ... canonistarum²] in quibus Ly Vg 51 noscitur] dignoscitur
 Fi Ly Vg 53 et fideles] *omitted* Ly Vg 53–54 assertiones] veritates Fi Ly
 Vg; ecclesiasticas *added* Fi 54 approbaverunt] praedicaverunt ac occulte et
 publice docuerunt doctrinasque haereticas et auctores earum confutaverunt
 reprobaverunt *added* Fi Ly Vg 54 haereses] etiam Fi Ly Vg 57 ederentur]
 conderentur Fi Ly Vg 57 discipuli] Iesu *added* Ly Vg 58 catholici] theo-
 logi Fi Ly Vc Vg 60 et] ac Fi Ly Vg 61 titum] Thimotheum Fi Ly Vg
 62 devitandum] evitandum Fi 63 asserit] docuit Fi Ly, docuit etiam Vg
 70 omnis ... cedit] omnes alii cedunt Ly, omnis autem tenet Vg

61–63 Titus 3:10 63–65 1 Timothy 4:3

per modum doctrinae pertinet diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda. Huiusmodi est scientia scripturae divinae, quae theologia vocatur, ut ex decretis, dist. 9, per totum, et specialiter c. *Noli* et c. *Negare* et c. *Ego solis* et c. *Quis nesciat* et c. *Noli* et c. *Neque* colligitur evidenter. Ergo ad theologos principaliter talis diffinitio spectat.

Septima ratio est haec. Ad tractatores illius scientiae cuius auctor immediatus est Deus, a quo est tota fides nostra, principaliter pertinet diffinitio antedicta. Talis autem est theologia, quia scriptores scripturae divinae nihil penitus conscripserunt ex humano ingenio sed ex inspiratione divina solummodo, teste beato Petro, qui canonica sua secunda c. 1 ait, “Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines”. Propter quod docet beatus Petrus, ut patet ibidem, quod prophetia scripturae divinae, per quam totam scripturam sacram intelligit, nequaquam est interpretanda humano ingenio, dicens: “Omnis prophetia scripturae propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia.” Ergo ad theologos principaliter pertinet diffinitio sepe dicta.

Octava ratio est haec. Ad tractatores illius scientiae principaliter pertinet diffinitio saepe fata cui non licet aliquid addere nec auferre. Huiusmodi autem est theologia, Moyse in persona Dei dicente, Deuteronomio 4 c., “Non addetis ad verbum quod vobis loquor neque auferetis ex eo”. Cui concordat Salomon, Proverbiorum 30, qui de sermone Dei loquens ait, “Ne addas quicquam verbis illius, et arguaris inveniariusque mendax”. Hinc addentibus et auferentibus aliquid ex scriptura divina Spiritus Sanctus, per beatum Iohannem Evangelistam, Apocalypsis ultimo, terribiliter

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 72 quae ... censenda] etc Fi Ly Vg 73 ut] patet added Ly 74 ego solis] ego solum Ly Vg 75 nesciat] non sciat Vc 75 et¹ ... noli] et c. nobis Ly Vg 75 ergo] quod Ly Vg 80 scriptores] sunt plures Vg 80 conscripserunt] scripserunt Vc 81 solummodo] solum Ly 81 beato] omitted Ly 82 qui] in prima added Ly 82 secunda] omitted Ly 82 c 1] omitted Ly 83 homines] omnes Ly 83–84 beatus ... patet] omitted Ly 83 beatus] omitted Fi 84 ibidem] omitted Vg 84 quod] dicit omnis Vg 84–86 per ... scripturae] omitted Ly Vg 85 totam] omitted Fi 89 sepe dicta] antedicta Fi Ly Vg 92 dei] domini Fi 94 neque] nec Fi Ly Vg 94 ex] ab Ly 94 concordat] correspondet Ly 95 30] 38 Vg 95 qui] omitted Ly Vg 95 addas] addes Vg

74 col. 17 74 col. 17 74 col. 17 74–75 col. 17 75 col. 18 75 col. 18 82–83 2 Peter 1:21 86–88 2 Peter 1:20, 21 93–94 Deuteronomy 4:2 94–96 Proverbs 30:6 98–103 Apocalypse 22:18, 19

comminatur, dicens: “Si quis apposuerit ad haec, apponet super illum Deus plagas quae sunt in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis prophetiae libri huius, auferet Deus partem eius de libro vitae et de civitate sancta et de hiis quae scripta sunt in libro isto”. Ex quibus omnibus evidenter colligitur quod ad sacram scripturam nihil est addendum nec aliquid auferendum ex ea. Ergo ad theologos, tractatores scripturae divinae, principaliter pertinet diffinire per modum doctrinae quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda.

Ecce ad interrogationem tuam assertiones contrarias recitavi et in fulcimentum utriusque partis rationes tetigi fortiores. Nunc ergo considera quae probabilior tibi videtur.

Capitulum 3

Discipulus: Quamvis ex rationibus pro assertione secunda adductis mihi tribueris occasionem multa quaerendi, fateor tamen quod ipsa mihi videtur consona veritati, licet ad rationes pro prima assertione nesciam satisfacere mihi metipsi. Unde peto ut tu ad eas respondeas.

Magister: Tu videris tibi ipsi contrarius. In principio enim petisti ut quid de tuis interrogationibus sentirem nullatenus indicarem; nunc autem poscis ut ad aliquas rationes respondeam, ex quo convinci potest quod desideras quatenus quid teneam in corde aperiam.

Discipulus: Quicquid petitio mea ex vi vocis insinuat, nullo modo volebam quod quid in mente habeas intimares, sed petere intende-
bam ut responsiones aliorum, vel quae cogitari possunt ab aliis, recitares, nullatenus exprimendo an eas rationabiles vel irrationabiles putes esse censendas.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 99 ad haec] adhuc super hoc Ly 100 illum] eum Ly Vg 100 plagas] *omitted* Vc; scriptas *added* Vc 102 vitae ... sancta] isto Vg 102–103 et² ... isto”] *omitted* Ly Vg 104 nec] aut Vc 105 divinae] sacrae Fi Ly Vg 106–107 catholica ... censenda] etc Fi 106 catholica] orthodoxa Vc; et *added* Ly 109 nunc] vero *added* Ly 3 tribueris] tribuas Ly Vg, tribuis Vc 5 satisfacere] respondere Fi Ly Vg 10 quod] scire *added* Vc 12 insinuat] insinuet Fi Ly Vc Vgm 13 in] *omitted* Fi Ly Vg 13 intimares] indices Ly Vg 14 vel] *omitted* Ly Vg 15 recitares] rectiores Ly Vg

2 secunda: 2.2 7 in principio: Prologue.25

Respondetur ad primam rationem primi capituli et ostenditur quod quia assertio veritatis est eius approbatio et in canonica scientia veritates domini pertractantur ad ipsam pertinet approbatio et reprobatio huiusmodi Ox

Magister: Ex quo tuam intentionem concipio, faciam quod hortaris. In primis autem volo te scire quod aliquos cognosco theologos qui moderni temporis canonistas tanquam non intelligentes, praesumptuosos, temerarios, fallaces, deceptores, cavillatores, et ignaros in cordibus suis valde despiciunt, reputantes quod sacrorum canonum intellectum ignorant. Pro quo tali ratione moventur. Sacrorum canonum dictatores viri eruditissimi in scientia rationali morali et theologia fuerunt, nec per naturam absque praedictis scientiis canones tam certae tamque profundae veritatis aequaliter conscripsissent. Cum ergo canonistae moderni scientias ante dictas ignorent, quamvis valeant canonum sacrorum retinere memoriam, ad intellectum tamen eorum nequeunt pervenire.

Discipulus: Nostri temporis canonistas non reputo contemnendos, licet forte scire sacrorum canonum intellectum, illorum praecipue qui ex theologia vel ratione naturali accipiuntur et non sunt pure positivi, magis ad theologos quam ad canonistas pertineat. Sed circa hoc quaeso hic nullatenus immoreris, quia forte postea de ista materia quaestionem tecum habebō. Ad rationes ergo praefatas accedas.

Magister: Quia in hoc opere non sensum meum sed tuam voluntatem sequi promisi, rationes praedictas incipiam pertractare. Unde ad primam nonnulli respondent theologo dicentes quod ad theologiam, non ad scientiam canonistarum, principaliter spectat de approbatione veritatum catholicarum et reprobatione haeresum damnatarum tractare. Cuius rationem assignant, dicentes quod assertio veritatis est approbatio veritatis—qui enim aliquod dictum asserit esse verum approbat idem dictum tanquam verum; assertio ergo veritatis est approbatio veritatis. Approbatio autem veritatis est reprobatio contrariae falsitatis, quia qui aliquam approbat veritatem per consequens reprobat contrariam falsitatem, sicut qui praecipit unum contrariorum per consequens prohibet

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 17 intentionem] petitionem Fi Ly Vg 17 faciam] facio Fi Vg 18–19 aliquos ... qui] auctores theologi Ly Vg 22 ignorant] ignorent Fi Ly, ignorarent Vg 23 eruditissimi] acutissimi Fi Ly Vg 24 rationali] naturali Ly Vg; et *added* Vc 24 nec] neque Ly 24 naturam] nullam Ly Vg; *omitted* Fi 33–34 pertineat] pertineant Vg 35 postea] *omitted* Ly Vg 35 tecum] *omitted* Fi Ly Vg 36 accedas] accede Fi Ly Vg 41 veritatum] theologiarum *added* Fim Ly Vg 45 ergo] enim Ly Vg, *omitted* Fi 45–46 approbatio¹ ... est] *omitted* Ly Vg 48 contrariorum] et *added* Ly Vg

39 primam: 1.24

aliud, ut notat glossa in decretis § primo. Assertio igitur veritatum catholicarum per quandam consequentiam est reprobatio omnium haeresum contrariarum. Cum ergo per theologiam principaliter veritates catholicae asserantur, sequitur quod approbatio veritatum catholicarum et damnatio haeresum principaliter ad theologiam pertineat. 50

Discipulus: Ista responsio videtur mihi probabilis. Vellem tamen scire quare dicunt isti quod talis approbatio et damnatio “principaliter” pertinent ad theologiam, ex quo insinuare videntur quod non tantum ad eam pertineant. 55

Magister: Ad istam tuam quaestionem respondent isti dicentes quod ad scientiam canonistarum pertinent libri decretorum et decretalium ac aliae constitutiones et epistolae summorum pontificum licet in praedictis libris minime sint insertae. In praedictis autem libris et in nonnullis constitutionibus et epistolis summorum pontificum quaedam veritates catholicae asseruntur et nonnullae haereses reprobantur, licet tam illae veritates quam haereses sint paucae respectu illarum quae in theologia habentur. Et ideo non tantum ad theologiam sed etiam ad scientiam canonistarum spectat aliquas veritates catholicas approbare et aliquas haereses reprobare, licet paucas. Ad theologiam autem spectat omnes veritates catholicas approbare et omnes haereses reprobare. Quare, licet principaliter ad theologiam tales approbatio et reprobatio pertineant, pertinent tamen nihilominus secundo ad scientiam canonistarum. 60 65 70

Aliam autem rationem adducunt dicentes quod theologia veritates catholicas approbando et haereses reprobando a canonistarum scientia nihil omnino recipit vel mendicat, canonistarum autem scientia veritates catholicas approbando et haereses reprobando a theologia omnia mendicando procedit. Quare haec ad theologiam principaliter et universaliter, ad canonistarum vero 75

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 49 §] capitulo Ly, *omitted* Vg 53 et] reprobatio seu *added* Fi Ly Vg 54 pertineat] pertinet Fi Ly Vg 55 responsio] ratio Ly Vg 55 mihi] satis *added* Ly Vg 57 pertinent] pertinet Vc 58 pertineant] *omitted* Fi; pertinent Ly Vg 61 ac] et Ly Vg 62 insertae] insitae Ly Vg 63 et¹] *omitted* Ly 64 catholicae] theologicae Fi Ly Vg 65 illae] istae Ly Vg 68 catholicas] theologicas catholicas Fi 76 vel] nihil Ly Vg 77 autem] vero Ly, etiam Vg 79 universaliter] utiliter pertinere noscuntur Ly, pertinere noscuntur *added* Fi Vg

49 Cf. Gloss, s.v. prohibetur, col. 1

80 scientiam secundario quodammodo et particulariter pertinere noscuntur.

Capitulum 4

Discipulus: Haec responsio mihi videtur probabilis. Quare rationem secundam pertracta.

5 **Magister:** Ad secundam rationem respondetur quod, quantum ad ea quae fidei sunt, magis credendum est theologiae quam cuiusque alii scientiae, nullisque scriptoribus quarumcunque scientiarum ita oportet credere sicut scriptoribus sacrae theologiae. Auctoritas vero beati Augustini, quae adducitur, ut nonnulli dicunt, frequenter a multis contra intellectum beati Augustini, pessime allegatur.

10 Ad cuius intellectum dicunt esse sciendum quod nomen ecclesiae aequivoce in locis variis scripturarum accipitur: aliquando enim accipitur pro loco corporali divinis officiis deputato, aliquando pro aliquo speciali collegio clericorum, aliquando pro toto collegio omnium clericorum, aliquando pro aliqua multitudine speciali cleri et populi, aliquando pro tota congregatione fidelium simul in hac vita mortali degentium; aliquando vero nomen ecclesiae non solum totam congregationem catholicorum viventium sed etiam fideles mortuos comprehendit.

20 Et isto ultimo modo accipit ecclesiam beatus Augustinus in libro contra Manichaeos, et recitatur 11 dist. c. *Palam*, qui ait, “Palam est quod in re dubia ad fidem et certitudinem valeat catholicae ecclesiae auctoritas, quae ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et tot populorum consensione firmatur”, ubi “ecclesia catholica” episcopos et populos a tempore apostolorum usque ad hodiernum diem sibimet succedentes importat. Et sic accipit no-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 80 quodammodo] *omitted* Fi Ly Vg 80–81 pertinere noscuntur] tantum Ly Vg 6 alii] alteri Ly 8 vero] *omitted* Fi Ly Vg 9 beati] textus Ly, textus beati Vg 9–10 pessime] *omitted* Ly Vg 13–14 aliquando¹] accipitur *added* Ly Vg 16 populi] papae Ly Vg 21 11] 2 Ly 22 quod] quantum Ly 24 succedentium] succedentibus Fi Ly Vg 25 populorum] vel *added* Vg 25 consensione] concessione et assertione Ly, confessione Vc, assertione *added* Vg

4 secundam: 1.29 8 auctoritas augustini: 1.34 21–25 col. 25

Respondetur ad secundam rationem quodque ecclesia summitur 6 modis et quomodo intelligitur dictum Augustini evangelio non crederem etc Ox

men ecclesiae Augustinus cum asserit quod non crederet evangelio nisi eum ecclesiae auctoritas compelleret. Ista enim ecclesiae scriptores evangelii et omnes apostolos comprehendit, sicut probatum est. Quare ex auctoritate Augustini sane intellecta inferri non potest quod magis sit credendum romano pontifici, canonum conditori, quam evangelio, et per consequens per eam probari non potest quod maior fides exhibenda sit sacris canonibus quam sancto evangelio. Concedunt tamen quod magis credendum est ecclesiae quae est multitudo catholicorum omnium qui fuerunt a temporibus prophetarum et apostolorum usque modo quam evangelio, non quia de evangelio sit aliquando dubitandum sed quia totum maius est sua parte. Ecclesia igitur quae est maioris auctoritatis quam evangelista est illa ecclesia cuius auctor evangelii pars esse dignoscitur. Non est autem mirum si maior est auctoritas totius quam partis. Et ideo maior est auctoritas totius congregationis comprehendentis evangelistas et omnes alios orthodoxos usque ad haec tempora quam unius vel etiam plurium personarum congregationis eiusdem.

Quod autem conditor canonum non sit maioris auctoritatis quam evangelium sed multo minoris ipsimet canonum conditores testantur aperte. Urbanus enim papa, ut habetur 25, q. 1, c. *Sunt quidam*, ait: “Sciendum vero summopere est quia inde novas leges potest condere”, pontifex supple Romanus, “unde evangelistae aliquid nequaquam dixerunt. Ubi vero aperte Dominus, vel eius apostoli, et eos sequentes sancti patres aliquid sententialiter diffinierunt, ibi non novam legem Romanus pontifex dare potest, sed potius quod praedicatum est usque ad animam et sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apostoli et prophetae destruere (quod absit) niteretur, non sententiam dare sed magis errare convinceretur.” Ex his verbis colligitur evidenter quod conditor canonum multo minoris auctoritatis est quam

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 28–29 evangelio] evangelium Ly 32 romano] summo Fi Ly Vg 33 per eam] *omitted* Fi Ly Vg 35 concedunt conceditur Ly Vg 43 comprehendentis] comprehendens Vg 44 haec tempora] hoc tempus Vc 46 canonum] canonis Ly Vg 48 ut] et Ly Vg 48 25] 5 Vg 50 supple] *gap* Fi 51 aliquid] *omitted* Fi Ly Vg 51 vero] non Vg 52 apostoli] discipuli Ly 52 et] vel Ly Vg 52 eos] eius Ly Vg 52 sequentes] sequaces Fi Ly Vg 53 diffinierunt] dixerunt diffinierunt Fi Vg 54 praedicatum] praedictum Ly Vg 55 docuerunt] docuerint Vg 56 niteretur] niterentur Vg 57 convinceretur] convincerentur Fi Vg

28 asserit: 1.36 48–57 col. 1008

60 evangelium sacrosanctum, contra quod novam legem nequaquam
condere potest, sed ipsum defendere usque ad animam et san-
guinem obligatur; contra quod si novam legem dare praesumeret
esset de errore per catholicos convincendus.

His Fabianus papa concordat, qui ut habetur 11 q. 3, c. *Qui*
omnipotentem ait, “Qui omnipotentem Deum metuit nec contra
65 evangelium Christi nec contra apostolos nec prophetas vel sanc-
torum patrum instituta agere aliquid ullo modo consentit”. Ex
quibus verbis patenter habetur quod conditor canonum si omni-
potentem metuit nihil contra evangelium praesumit statuere, et
ita non maioris sed minoris auctoritatis quam evangelium esse
70 dinoscitur.

Quod ex plurimis capitulis in libro decretorum insertis clarius
luce constat, sicut ex dist. 9, c. *Noli* et c. *Ego solis* et c. *Quis*
nesciat et c. *Noli* et c. *Neque*, et ex dist. 11 c. *Consuetudinem*,
et ex dist. 14, c. *Sicut*, et ex causa 11, q. 3, c. *Si is qui praeest*.
75 Aliae auctoritates quamplurimae quas longum esset recitare hoc
idem asserunt manifeste, et propter easdem rationes dicunt quod
tota multitudo Christianorum nunc vita mortali viventium non est
maioris auctoritatis quam sit sanctum evangelium, quia multitu-
do viventium evangelium debet usque ad animam et sanguinem
80 defensare

Capitulum 5

Discipulus: Ad istam secundam rationem mihi videtur quod
responsionem rationabilem recitasti. Nunc autem referas mihi
quaeso quomodo ad rationem tertiam respondetur.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 60–61 sanguinem] sane added Ly
Vg 63 11] 13 Ly, 2 Vc 64 ait ... omnipotentem²] papa Vg 64 metuit]
omitted Vg 65 nec²] contra added Fi 65 vel] nec contra Fi Ly Vg
71 capitulis] regulis Ly 72 solis] solus Ly Vg 73 ex] omitted Ly 73 dist
11] dist. 2 Vc, 2 dist. Ly, 5 Vg 74 14] 9 Vg 74 ex² ... 11] 5 Ly Vg
74 ex causa] omitted Fi 74 11] 2 Vc 74 c²] omitted Ly 74 is] hiis
Vg 74 praeest] pridem Vc 75 esset] foret enarrare seu Vg; enarrare seu
added Ly 76 quod] haec added Ly Vg 78–79 multitudo] gentium added
Ly Vg 80 defensare] defendere Ly Vg 3 rationabilem] totalem Ly Vg

63–66 col. 669 72 col. 17 72 col. 17 72–73 col. 17 73 col. 18 73
col. 18 73 col. 25 74 col. 33 74 col. 671

Respondetur ad tertiam rationem quodque summus pontifex cum consensu
concilii debet procedere ad diffinitionem fidei et theologie inniti quia canoni-
stae in libris suis contentas nequeunt profunde considerare Ox

Magister: Ad rationem tertiam respondent nonnulli dicentes 5
 quod summus pontifex debet sacrarum literarum habere notitiam
 et etiam in sacris canonibus debet esse peritus, et ideo symbol-
 lum ordinare et articulos fidei recte distinguere spectat ad ipsum
 praecipue, cum consilio et consensu concilii generalis. Sed in
 symbolum ordinando et articulos fidei distinguendo, et eadem ra- 10
 tione in diffiniendo authentice quae assertio est catholica et quae
 haeretica reputanda, theologiae principaliter debet inniti; secun-
 dario autem in sacris canonibus poterit se fundare. Et ideo ex ista
 ratione concludi potest quod ad theologos spectat principaliter
 diffinire docendo, non legem aliis imponendo, quae assertio inter 15
 catholicas, quae vero inter haeticas, debeat numerari.

Discipulus: Puto quod quicumque intelligens haec quae scrip-
 sisti perlegerit tenebit indubie quod ad canonistas non pertinet
 de multis assertionibus iudicare an catholicae vel haereticae sint 20
 censendae, et de quibuscumque assertionibus canonistae discer-
 nunt an inter catholicas vel haeticas debeant numerari necesse
 est eos ad theologiam recurrere si voluerint ad profunda resolve-
 re, praesertim cum nulla assertio vere catholica vel haeretica sit
 habenda nisi quia theologiae consonat aut repugnat. Quare non
 arbitror quod aliquis literatus aliqualiter opinetur quod ad cano- 25
 nistas qui non sunt theologi pertineat principaliter diffinitio saepe
 fata.

Capitulum 6

Magister: Multa nimis ignoras. Scio enim quosdam canoni-
 stas qui theologos deridere praesumunt cum investigare nituntur
 de multis assertionibus an debeant inter haereses computari, di-
 centes quod talis investigatio ad canonistas, non ad theologos, 5
 noscitur pertinere.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 7 etiam] *omitted* Ly Vg 7 canonibus]
omitted Fi 9 sed] etiam Ly, et Vg 9 in] *omitted* Fi 11 et] *omitted*
 Fi 15 non] vel Fi Ly Vg, aliter vel Vcm 16 catholicas] et *added* Ly
 16 quae] quaeve Fi 16 vero] *omitted* Fi Ly Vg 17–18 scripsisti] scrip-
 sistis Vg 20–21 discernunt] diffiniant Ly, diffiniunt Vg 24 aut] vel Ly
 Vg 25 aliqualiter] qualitercunque Ly Vg 27 fata] praefata Vc

5 tertiam: 1.40

Allegatur quod ad canonistas pertinet quia ad eos pertinet scire ordinem iudicii
 sed econtra probatur exemplariter et deducendum ad notoriam absurditatem
 quia sic sequeretur eos esse in omni arte scientificos Ox

Discipulus: De hoc quod dicis vehementer admiror, quia dictum huiusmodi nullam videtur probabilitatem habere. Narra tamen si pro se aliquam rationem huiusmodi assertores allegant.

10 **Magister:** Audivi quod ex hoc moventur tantummodo, quod theologi, cum ipsi vel alii de haeresi accusantur vel alios accusare conantur, libellos accusationis, responsionis, appellationis, et huiusmodi componere nesciunt nec formare, sed ad canonistas oportet eos habere recursum. Quare dicunt quod ad canonistas, 15 non ad theologos, spectat discernere quae assertio catholica vel haeretica est censenda.

Discipulus: Ista ratio mihi apparet tam frivola quod responsione non indiget. Aliud est enim discernere quae assertio catholica quaeve haeretica est putanda, aliud est scire formulas actionum 20 et modum agendi contra haereticos in iudicio, ac etiam modum in iudicio defendendi de haeresi accusatos: primum ad theologos, secundum ad iuristas noscitur pertinere. Quemadmodum aliud est cognoscere denarios veros a falsis, aurum ab auricalco, equos sanos ab aegris, arma fortia et fabrefacta ab aliis, et aliud est scire 25 si aliquis de aliquo praedictorum voluerit in iudicio aliquem accusare, et accusatus se nisus fuerit defensare, quomodo libelli accusationis, responsionis, appellationis, et huiusmodi quibus uti in iudicio fuerit opportunum confici debeant et formari: primum ad monetarios, aurifabros, fabros ferri et fabricatores armorum 30 spectare dinoscitur, secundum vero ad iuristas non est dubium pertinere. Unde per istam rationem probare contingeret quod ad iuristas pertinet discernere quod aurum est verum, quod falsum, qui panni sunt artificialiter facti, qui aliter, quae aedificia sunt utilia quibuscumque, quae inutilia et, ut concludam breviter, de 35 omnibus mechanicis et rebus naturalibus universis quae in usum

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 9 allegant] allegent Ly 11 alios] aliquos Ly Vg 15–16 vel ... censenda] etc Fi Vg 16 est] sit Ly 18 indiget] indigeat Ly 18 discernere] diffinire Vg 18 assertio] est added Ly 18 catholica] et added Ly 19 quaeve] quae Ly 19 est¹] sit Vg 19 putanda] censenda Fi Vg, censenda et Ly 19 aliud] enim added Vg 19 actionum] accusationum Ly Vg 20 in iudicio] omitted Ly 24 fabrefacta] tabefacta Ly 25 aliquis] aliquid Ly 26 fuerit] excommunicare et added Vg 26 defensare] defendere Fi Ly Vg 28 opportunum] optimum Ly 30 spectare] pertinere Ly 31 istam] illa Fi 31 rationem] probationem Ly 32 iuristas] iuristam Ly Vg 32 pertinet] pertineret Ly Vg 32 verum] et added Ly 33 sunt¹] sint Ly 33 facti] et added Ly 33 qui²] aut Vg 33 aliter] non Ly 33 quae] autem added Vg 34 quibuscumque] et Ly 34 inutilia] non Ly

veniunt hominum haberent principaliter iuristae discernere qualia essent secundum naturam suam vel artem, cum de omnibus huiusmodi contingat in iudicio litigare. In quo casu necesse est litigatores pro libellis accusationis, responsionis, appellationis et huiusmodi, ad iuristas habere recursum. Constat autem quod saepe iuristae periti de rebus minimis an sint tales quales debeant esse, secundum naturam vel artem a qua fiunt, nesciunt iudicare; quomodo tamen de talibus rebus recuperandis vel defendendis in iudicio oporteat formare libellos, et alia quae spectant ad formam agendi et defendendi coram iudice, non ignorant.

Magister: Ecce interrogationem tuam primam iuxta formam quam mihi praefixisti breviter pertractavi. Nunc autem propone aliam, vel quiescere me permittas.

Capitulum 7

Discipulus: Quia aliqui canonistae putant, ut dicis, quod ad ipsos principaliter spectat inter assertionem catholicam et haereticalem discernere, cum tamen mihi videantur falcem suam mittere in messem alienam si hoc absque theologia attemptare praesumpserint, eo quod nec absque theologia capitula in decretis inserta quae de haeresibus eloquuntur intelligere queant, dic mihi, obsecro, parum a principali proposito disgreduendo, quid sentiunt literati de intellectu eorum quae in decretis habentur, ad quos videlicet principaliter et profundius pertinet illorum intellectum cognoscere.

Magister: Circa quaestionem tuam inveniuntur opiniones contrariae. Canonistae enim sentire videntur quod ipsi non solum

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 36 hominum] hominis Ly 37 cum] quoniam Ly 38 huiusmodi] omitted Vg 38 contingat] contingit Ly 39 responsionis] et added Ly 39–40 et huiusmodi] omitted Ly 40 autem] omitted Fi Vg 40–41 saepe] omitted Ly 41 de] pro Vc 41 tales] talia Ly 41 debeant] debent Fi Ly Vg 43 quomodo] qui Ly 44 oporteat formare] ordinant et formant Ly 44 oporteat] oportet Fi Vg 45 et] vel Ly 45 non ignorant] omitted Ly 46 primam] omitted Ly 47 propone] pone Vg 3–4 haereticalem] haereticam Ly Vg 4 tamen] ut added Ly 4–5 mittere ... messem] in messem mittant Ly, in messem mittere Fi Vg 5 attemptare] temptare Fi Vg 6 in] omitted Ly 6 inserta] omitted Vg 7 eloquuntur] loquuntur Ly 7 queant] valeant Ly 8 a] omitted Fi 9 quae] qui Vg 10 videlicet] scilicet Ly 12 tuam] propositam Ly

4–5 cf. Deuteronomy 23:25

Allegatur quod ad canonistas pertinet diffinire de veritatibus contentis in suis libris duplici ratione Ox

15 habent memoriam maiorem eorum quae in libris iuris canonici
 inseruntur sed etiam illa clarius et magis profunde intelligunt, et
 quis sit intellectus ipsorum ad ipsos spectat principaliter iudicare,
 saltem per modum doctrinae. Pro hac autem opinione videntur ta-
 20 li ratione posse moveri. Iuxta sententiam sapientis, unusquisque
 bene iudicat de his quae novit et horum bonus est iudex. Ca-
 nonistae autem magis noscunt illa quae in eorum libris traduntur
 quam alii. Ergo ad ipsos de intellectu eorum principaliter pertinet
 iudicare.

25 Iterum pro ista opinione alia ratio potest adduci. Quia ad nullos
 magis spectat aliquorum notitia quam ad tractatores illius scienti-
 ae quae ipsa considerat, ergo ad nullos magis spectat notitia
 illorum quae in iure traduntur canonico quam ad tractatores cano-
 nici iuris, cuiusmodi sunt canonistae. Ad ipsos ergo principaliter
 spectat de intellectu illorum discernere.

Capitulum 8

Magister: Sed aliis ista opinio minime placet. Dicunt enim
 quod ad canonistas spectat, de multis quae reperiuntur in libris
 eorum, maiorem habere memoriam. De pluribus autem et tenacio-
 5 rem memoriam et profundiorum intellectum theologos, si perfec-
 ti fuerint, oportet habere; Nonnulla vero secularium legum periti
 et profundius intelligunt et non minori commendant memoriae.
 Quaedam autem naturali praediti ratione et in philosophia eruditi
 morali ac scientiae rationalis nequaquam ignari et plenius intelli-
 10 gunt et non minus memoriae noscuntur imprimere. Nulla vero can-
 onistae intelligunt profundius, licet propter maiorem multorum

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 15 illa] ista Ly 15 intelligunt]
 omitted Ly 17 autem] etiam Fi 17 videntur] videtur Ly 18 posse] *omit-*
ted Ly 20 noscunt] cognoscunt Ly 20 traduntur] habentur Ly 23 iterum]
 Item Fi Ly Vg 23 potest] posset Ly 23 quia] quoniam Ly, quod Vg
 26 traduntur] *omitted* Ly 26 canonico] habentur *added* Ly 28 spectat]
 pertinet Fi 1 capitulum 8] Discipulus Narra aliam opinionem *added* Ly
 2 magister] *omitted* Fi 2 sed] *omitted* Ly 2 minime] non Vc 4–5 de ...
 memoriam] *omitted* Vc 4 et] *omitted* Fi Ly Vg 6 nonnulla] nonnulli Ly
 7 et non] tamen Vg 8 quaedam] quidam Ly Vc Vg 8 autem] tamen
 Vc 9 rationalis] naturalis Fi Ly Vg 10 nulla] nonnulli Ly 11 licet]
 non *added* Ly

18–19 Cf. Aristotle, *Nicomachean Ethics* I.4, 1094b 33

Declaratur in quibus theologi profundius intelligunt aut canonistae exemplifi-
 cando quod est ius canonicum et distinguendo quaedam esse pure theologica,
 aut pure naturalia, alia pure positiva Ox

memoriam quis sit aliquotiens intellectus quorundam promptius
valeant explicare, ad quem alii tardius, licet profundius, cum ma-
gno labore et studio pervenirent. Si autem aliqui canonistae in
scientia rationali in philosophia morali, iure civili, et theologia 15
plene essent instructi, ad illos principalissime pertineret ea quae
in libris habentur eorum et tenaciori memoria retinere et de ipso-
rum intelligentia promptius et perfectius iudicare.

Ad evidentiam autem praedictorum dicunt isti esse notandum
quod libri canonistarum non sunt nisi quaedam collectiones ex 20
auctoritatibus Bibliae et originalium theologorum sanctorum et
ex quibusdam legibus imperialibus et ex constitutionibus ac diffi-
nitionibus sive determinationibus conciliorum et summorum pon-
tificum in quibus quaedam pure theologica explicantur et decla-
rantur, sicut in illis quibus haereses condemnantur et veritates 25
catholicae approbantur, ut patet Extra, De summa trinitate et fi-
de catholica, c. 1, et c. *Damnamus* et Extra, De haereticis, *Cum
Christus* et in pluribus aliis capitulis in decretis insertis. Quedam
vero pure moralia traduntur in eis quae nulla possunt ratione con-
velli, sicut in capitulis decretorum et decretalium patet innumeris. 30
Quaedam autem praecipuntur in eis et prohibentur quae sunt pu-
re positiva ex humana dependentia voluntate, quae pro necessitate
et utilitate possunt rationabiliter variari seu penitus abrogari, ut
patet Extra, De consanguinitate et affinitate c. *Non debet* et dist.
14 c. *Sicut quaedam*. 35

Ex his dicunt quod de theologicis in libris canonistarum in-
ventis tam quantum ad memoriam quam quantum ad intellectum
theologi, si sunt perfecti, canonistas excedunt, licet nonnumquam

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 12 sit] sicut Ly 13 valeant] valet
Ly 13 quem] quae Ly 13 alii] *omitted* Vg 13 tardius] theologi *added*
Vg 14 pervenirent] perveniunt Ly 15 rationali] naturali et Ly 15 et] in
added Ly 16 plene] plenius Ly 17 retinere] retinerent Ly 18 iudicare]
iudicarent Ly 19 praedictorum] istorum Fi Vg 20 collectiones] colla-
tiones Ly 21 originalium] originalibus Ly 21 theologorum] et *added*
Ly 22 ex²] *omitted* Vg 22 ac] *omitted* Ly 23 conciliorum] gene-
ralium *added* Ly 25 illis] in *added* Ly 25 condemnantur] damnantur
Ly 26 catholicae] theologicae Ly 28 in¹] *omitted* Fi 28 in²] *omitted*
Ly 29 eis quae] ea quod Vg 29–30 convelli] muniri Ly 30 sicut]
patet *added* Ly 30 in] multis *added* Ly 30 patet innumeris] *omitted* Ly
31–32 pure] mere Ly 32 quae] haec autem Vg 33 seu] et Ly 35 14 c]
9 Ly 35 quaedam] quidam Vg 38 sunt] sint Ly Vg 38 nonnumquam]
nunquam Ly Vg

26–27 col. 5 27 col. 6 27–28 col. 779 34 col. 703 34–35 col. 33

40 non oporteat theologum illorum verborum habere memoriam sub
 quibus sententia pure theologica in capitulo determinationis ec-
 45 clesiae explicatur. Quo ad leges autem imperiales quae in libris
 reperiuntur praefatis, sicut patet 2, q. 6, c. *Propter superfluum*
 et in aliis capitulis multis sequentibus et alibi in multis locis,
 nec quantum ad memoriam nec quantum ad intellectum sunt can-
 50 onistae praefereendi civilis iuris peritis. Quantum vero ad pure
 moralia quae nulla possunt ratione mutari si universalia sunt, nec
 in memoria nec in intellectu possunt canonistae naturali praeditos
 ratione et in philosophia instructos morali et perfectos in scientia
 55 sunt et tamen nequaquam dispensationem recipiunt canonistae
 maiorem possunt habere memoriam ac etiam de intellectu eo-
 rum promptius iudicare, sed ad alios profundius quia per priora
 principia licet tardius et cum maiori labore pertinet de intellectu
 discernere eorumdem. Illa autem quae pure positiva sunt et ex
 causa poterunt variari canonistae magis memoriter retinent, sed
 non habent profundius iudicare.

Capitulum 9

Discipulus: Istam secundam opinionem pro parte libenter at-
 tendo, quia quantum ad illa quae dicit de theologis et legibus
 5 imperialibus ac pure moralibus universalibus videtur omnino ra-
 tionabilis aestimanda. Sed quantum ad moralia particularia et pu-
 re positiva quae in libris solummodo canonistarum sunt tradita,

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 39 non] *omitted* Ly Vc Vg 39 theologum] ■
 theologos Fi Ly Vg 40 sententia] *gap* Fi; *omitted* Vg 40 capitulo] *omitted*
 Ly 40 determinationis] *determinatione* Ly 41 explicatur] *explicantur* Vg
 43 aliis] *omitted* Ly 43 alibi] *omitted* Ly 43 multis²] aliis *added* Ly
 45 civilis iuris] *omitted* Ly 45 peritis] *in iure civili* *added* Ly 45 vero]
omitted Fi Vg 45 pure] *omitted* Ly 46 mutari] *muniri* Ly 47 in²] *omit-*
ted Fi Vg 49 rationali] *naturali* Ly 50 dispensationem] *seu mutationem*
added Ly 52 alios] *scilicet theologos* *added* Ly 54 eorumdem] *eorum* Ly
 54 illa] *illi* Vg 54 autem] *vero* Ly 54 sunt] *omitted* Vg 54 et] *quae*
added Ly Vg 55 poterunt] *possent* Ly 55 memoriter] *in memoria* Ly Vg
 4 pure] *puris* Ly; *omitted* Vg 4 universalibus] *ac naturalibus* Ly, *utique* Vg
 4–5 rationabilis] *rationalis* Fi Ly Vg 5 sed] *omitted* Ly 5 quantum] *vero*
added Ly 6 solummodo] *solum* Vg

42 col. 472 2 secundam opinionem: 2.2

Ostenditur duplici ratione quod quantum ad pure moralia contenta in iure ca-
 nonice certius habet iudicare theologiam aut philosophiam quam canonista
 purus Ox

non apparet probabilitatem habere. Nullus enim, non dico profundius sed nec aliquo modo, potest iudicare de illis quae non novit. Cum igitur talia ad notitiam tractatorum aliarum scientiarum nequaquam pertineant, ad ipsos nullo modo pertinet iudicare de illis. Verumtamen vellem scire si pro illa assertione rationes aliquae apparentes valeant cogitari. 10

Magister: Assertionem praefatam nonnulli ratione et exemplo probare nituntur. Ratione sic. Scientia superior de traditis in scientia inferiori subordinata sibi certius potest et profundius iudicare quam scientia inferior. Sed scientia canonistarum, quantum ad multa moralia particularia et quae valent variationem recipere, est scientia inferior subordinata theologiae, et quantum ad multa talia subordinata est philosophiae morali, sicut particularia subordinantur universalibus. Ergo de talibus potest theologia et philosophia moralis certius quam canonistarum scientia iudicare. 15 20

Secundo sic. De illis agibilibus particularibus quae variari possunt illa scientia potest certissime iudicare contra quam nihil valet in particulari ordinari vel statui et per quam, si aliquid fuerit inique statutum, debet omnimode reprobare. Huiusmodi autem respectu agibilium particularium et quae mutari possunt in iure canonico repertorum noscitur esse tam theologia quam vera philosophia moralis. Ergo de illis vel theologia vel philosophia vera moralis habet certissime iudicare. 25

Maior evidentiam apertam videtur habere; minor tali ratione probatur. Constitutio ecclesiastica non est maioris dignitatis aut firmitatis quam ecclesiastica consuetudo. Sed omnis consuetudo tam veritati scripturae divinae quam iuri naturali (quod non solum “in lege et in evangelio” sed etiam in vera philosophia morali habetur) cedit, si ei inveniatur adversa, et per consequens si aliqua consuetudo fuerit theologiae vel verae philosophiae morali 30 35

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 7 habere] unde posset argui tali ratione *added* Ly 10 pertineant] pertineat Vc 10 pertinet] spectat Ly 15 inferiori] inferiore Fi Vg 17–18 recipere] retinere Vg 18 theologiae] *omitted* Vg 18 et] etiam Ly 19 talia] *omitted* Ly 25 autem] est theologia et philosophia moralis *added* Ly 27–28 noscitur ... moralis] *omitted* Ly 28 vel¹] *omitted* Ly; nichil Vg; de *added* Fi 28 vel²] et Ly 28 vera] *omitted* Ly 29 moralis] morali Fi 29 habet] habent Ly 30 apertam] *omitted* Ly Vg 31 maioris] minoris Vc Vg, minoris auctoritatis Ly 33 scripturae] scriptae Vc 33 quam] etiam *added* Ly 33–34 solum] sola Fi 34 in²] *omitted* Ly 34 morali] moralis Vg 35 ei] enim Vg 36 vel] et Ly

34 Cf. Gratian, dictum ante dist. 1, c. 1, col. 1

contraria est omnimode reprobanda. Ergo si quaecunque constitutio ecclesiastica alteri praedictarum scientiarum probata fuerit adversari, est damnanda. Ex quo infertur quod de omnibus talibus
40 habet theologia et philosophia vera moralis certissime iudicare.

Haec ratio confirmatur auctoritate beati Cypriani qui, ut habetur dist. 8 c. *Consuetudo*, ait, “Consuetudo quae apud quosdam irrepserat impedire non debet, quo minus veritas praevaleat et vincat. Nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est”. Ex qua
45 auctoritate et aliis quae in eadem distinctione ponuntur—scilicet c. *Veritate* et c. *Si consuetudinem* et c. *Qui contempta veritate* et c. *Frustra* et c. *Si solus*—colligitur quod omnis consuetudo veritati contraria ubicunque reperitur, sive in theologia sive in philosophia morali, est penitus postponenda. Ex quo sequitur quod
50 omnis constitutio ecclesiastica si veritati fuerit inimica debet respui et damnari. Hinc Gratianus dist. 8 § *Dignitate* ait, “Dignitate vero ius naturale similiter praevalet consuetudini et constitutioni. Quaecunque enim moribus accepta sunt vel scriptis comprehensa si naturali iuri fuerint adversa, vana et irrita sunt censenda.” Et
55 dist. 9 § 1 ait, “Liquido igitur apparet quod consuetudo naturali iuri postponitur. Quod autem constitutio naturali iuri cedat multiplicitate auctoritate probatur.” Et § ultimo ait, “Cum ergo in naturali iure nihil aliud praecipitur quam quod Deus vult fieri, nihilque vetetur quam quod Deus prohibet fieri, denique cum in canonica
60 scriptura nihil aliud quam quod in divinis legibus inveniatur, divi-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 37–38 constitutio] consuetudo Fi Ly Vg 38–39 probata ... damnanda] probetur adversa damnata est Ly 40 vera] *omitted* Vg 40 certissime] *omitted* Vg 41 haec ratio] *omitted* Ly; haec auctoritas Vg 44 sine] et Vg 44 veritate] aut veritati contraria *added* Ly; veritati contraria Vg 45 auctoritate] veritate Fi Vg 45 scilicet] in Ly 46 si] pro Ly, secundum Vg, sed Fi 46 consuetudinem] consuetudine Ly 46 c³] contra Ly; et *added* Vg 46 veritate²] *omitted* Ly 48 contraria] *omitted* Vc 49 morali] *omitted* Fi 49 postponenda] contemnenda Ly 49 quod] etiam *added* Fi Ly 50 inimica] contraria Vg 51 §] c. Ly 52 ius naturale] illius nec Vg 52 naturale] naturae Fi 53 quaecunque] quibuscunque Vg 53 enim] de *added* Ly 53 moribus] moralibus Ly 53 vel] in *added* Ly 53 scriptis] scripturis Ly 55 §] c. Ly, ff Vg 56 postponitur ...] iuri²] *omitted* Vg 56 constitutio] consuetudo Ly 56 cedat] postponitur Ly, cedit Vg 57 et §] Per eundem qui 9. dist. c. Ly 57 §] ff 2 et Vg 57 ultimo] ubi *added* Vg 59 vetetur] vel docetur *added* Vg 60 quod] *omitted* Fi Vg

42–44 col. 15 46 col. 14 46 col. 14 46 col. 14 47 col. 15 47 col. 15 51–54 col. 13 54–57 col. 16 (last paragraph of dist. 8 and first of 9) 57–65 col. 18

nae vero leges natura consistant, patet quod quaecunque divinae voluntati seu canonicae scripturae contraria probantur, eadem et iuri naturali inveniuntur adversa. Unde quaecunque divinae voluntati seu canonicae scripturae seu divinis legibus postponenda censentur eisdem naturale ius praeferre oportet.” Ex his patenter habetur, ut apparet istis, quod quaecunque in iure canonico theologiae vel iuri naturali quod non solum in theologia sed etiam in philosophia morali (eo quod incepit “ab exordio rationalis creaturae”, ut habetur dist. 6, § *His*) continetur invenirentur contraria per alteram scientiarum dictarum essent penitus reprobanda. Ergo utraque de talibus habet certissime iudicare, et eo certius scientiarum huiusmodi tractatores haberent de talibus iudicare quam canonistae quo principiis certioribus dignioribus prioribus et universalioribus uti noscuntur.

Secundo principaliter isti assertionem suam exemplo moliuntur ostendere, referentes quod cum commentator librorum beati Dionysii de multis capitulis a suis aemulis (qui papam et cardinales muneribus corruperant) accusatus cogere in consistorio respondere, ipse tanquam purus philosophus et theologus omnino iuris ignarus a papa petiit advocatum. Cui papa respondit, “Absit ut tibi, qui inter omnes mundi clericos literatior reputaris, hanc confusionem faciamus ut alius pro te loquatur. Pro te ipso loquaris.” Qui, cernens malitiam, recepta copia obiectorum, et acceptis ad deliberandum trium dierum induciis, quarta die respondit ad omnia legum civilium et iurium canonicorum quamplurium contra ipsum allegatorum, in quibus adversarii suam intentionem in-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 61 natura] in illa Ly Vg 61 consistant] consistent Ly 62 canonicae] catholicae Ly 62 et] *omitted* Ly 64 canonicae catholicae Ly 65 praeferre] praeferrere Ly 66 istis] hiis Fi Vg 67 vel] et Ly 67 solum] est *added* Ly 68 eo quod] cum Ly 68 incepit] incepit Ly 69 dist 6 §] 6 dist. Ly 69 continetur] et *added* Vg 70 dictarum] praedictarum Ly 70 ergo] et *added* Vg 72 haberent] habere Vc 73 dignioribus] et *added* Vg 73 et] *omitted* Vc 77 capitulis] articulis Ly, constantis Vg 79 omnino] omnis Ly 81 ut] ne Vg 82 faciamus] facias Ly 82–83 loquaris] loqueris Vg 83 et] *omitted* Fi Vg 83 acceptis] receptis Vc 84 induciis] indiciis Vg 85 omnia] omnium Ly 85 legum] et *added* Fi 85 quamplurium] complurium Ly 86 in] obiecta Ly 86 adversarii] adversari Vc

68–69 col. 11 76–98 The story is probably about Grosseteste. See David Luscombe, “William of Ockham and the Michaelists on Robert Grosseteste and Denis the Areopagite”, in *The Medieval Church: Universities, Heresy and the Religious Life*, ed. P. Biller and B. Dobson, Woodbridge 1999.

solubiliter (ut putabant) fundaverant, per theologiam et rationem naturalem, ita patenter pro se intellectum assignans quod iudicio omnium intelligentium cuncte leges et iura quae contra ipsum fuerant allegata pro ipso liquido concludebant. Unde, ut fertur, 90 cardinales sibi contrarii postmodum eius aemulos arguentes dixerunt, “Vos dixistis istum episcopum nescire leges et iura. Ipse scit principia, radices et causas omnium legum et iurium.” Ex quibus isti concludunt quod ille theologus, qui et magnus philo- 95 sopherus, multo certius clarius et profundius iudicavit de intellectu iurium, quorum antea nullam habuerat omnino memoriam, quam theologiae et rationis naturalis ignari, qui tamen ab infantia in illis fuerant enutriti.

Capitulum 10

Discipulus: Nunc adverto quod assertiones quae apparent prima facie falsae non sunt penitus contemnendae. Assertionem enim pro qua fortiter allegasti in principio omnino irrationabilem arbitrabar, nunc autem non videtur mihi omni probabilitate 5 carere. Unde ad rationem contra eam quam tetigi qualiter ipsius respondeant defensores enarra.

Magister: Rationem illam valde despiciunt, dicentes quod est illorum qui naturam, originem et ordinem scientiarum ignorant. 10 Aiunt enim quod quemadmodum aliquis optime iudicat de mechanicis et aliis quae tamen facere nescit, sicut multi qui pingere, scribere, arma et naves ac alia artificialia fabricare ignorant melius quam ipsi artifices iudicare noscuntur, ita scientiae superioris tractatores causas et principia illorum quae in scientiis inferiori-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 89 cuncte] omnes Ly 90 allegata] et added Vg 90 liquido] liquide Ly 90 fertur] fere Ly 92 episcopum] philosophum Ly 92 iura] et added Ly 94 et] est Ly 95 multo] omitted Fi, multa added Fim 96 omnino] omitted Fi Vg; scientiam et Ly 97 rationis] razione Vg 3 contemnendae] condemnandae Ly 4–5 irrationabilem] irrevocabilem Vc 5 omni] omnino Vc 8 valde] vel Vg 8 despiciunt] aspiciunt Vc 9 naturam] nullam Fi Ly Vg 9 ignorant] noverunt Fi Ly Vg 10–11 mechanicis] metaphysicis Ly 11 facere] fere Ly Vg 12 et] omitted Fi Ly Vg 12 alia] talia Vc 13 superioris] superiores Fi Ly Vg 14 tractatores] tractantes Ly Vg 14 scientiis] istis Ly Vg

3 assertionem: 8.2 6 rationem: 9.7 10–13 Cf. Aristotle, Politics, III.11, 1282a 18—there is a better reference

Quemadmodum scientiae subalternantis theologi et philosophi verius iudicant de contentis in scientia canonica exemplificatur in frenefactiva et militari ac in aliis artibus Ox

bus considerantur certius et clarius valent iudicare de illis, si eis 15
 proponantur, quam illae scientiae inferiores. Unde et habentes
 perfectam notitiam scientiae superalternantis quae cognoscit prin-
 cipia scientiae subalternatae certius iudicant de conclusionibus, et
 etiam principiis, scientiae subalternatae quam habens tantummo-
 do notitiam scientiae subalternatae. Ita theologi et veri philoso- 20
 phi, propositis illis quae in iure tractantur canonico, profundius
 et certius poterunt iudicare de illis, quamvis saepe cum maiori
 labore.

Discipulus: Video quod ratio mea concludit de scientia solum- 25
 modo quae non est alteri subalternata, nec subordinata, nam (ut
 evidenter aspicio) de scientia cui alia scientia superior praecipit,
 sicut est de frenefactiva respectu equestris et de illis quae archi-
 tectonicae subiciuntur, de quibus in libro **REFERENCE** ethico-
 rum et in libro **TEXT?** philosophorum fit mentio, et de scientia 30
 cuius principia in scientia superiori traduntur, apparentiam non
 videtur habere. Et ideo de theologia et scientia canonistarum di-
 noscitur colore carere, quia scientia canonistarum a theologia re-
 cipit sua principia, teste Innocentio tertio qui, ut habetur Extra,
 De accusationibus, c. *Qualiter et quando* asserit manifeste quod 35
 “ex auctoritatibus novi et veteris testamenti processerunt postea
 canonicae sanctiones”. Quamvis igitur de istis possem quaere-
 re multa, quia tamen canonistae (aliarum scientiarum terminos
 ignorantes) eorum intellectum non caperent, cupio autem ut in
 hoc opere quantum potueris sic terminos proprios aliarum scien- 40
 tiarum a theologia et scientia canonistarum evites quod omnia
 canonistae intelligant. Idcirco illa quae dicta sunt de ista materia
 sufficiant, nec curo quod ad rationes pro prima opinione respon-
 deas, quia modo valde mihi debiles videntur et qualiter responderi
 potest ad eas per praedicta satis apparet.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 17 superalternantis] Bb Vb Vcm:
 subalternantis Fi Ly Vc, aliter superalternantis Vcm, alternantis Vg 17–18 quae ...
 subalternatae] omitted Ly Vg 18–20 et ... notitiam] omitted Ly 22 saepe]
 tamen added Ly Vg 24 ratio mea] responsio Ly 24 concludit] quaerit Ly
 26 praecipit] principatur Ly 27 est] omitted Ly Vg 29 philosophorum]
 politicorum Fi Ly, phicorum Vg 29 et²] omitted Vg 31 videtur] videntur
 Vg 33 teste] testante Ly 34 accusationibus] accusatione Vc 36 possem]
 posses Vg 38 ut] omitted Ly Vg 39 potueris] poteris Ly, potero Vg
 42 opinione] ratione Fi

27–29 Cf. Aristotle, *Nicomachean Ethics*, I.1, 1094a 10 33–36 col. 746

45 **Magister:** Considero quod si praedictam materiam exquisi-
tius indagares, ad multas assertiones quas aliquando falsissimas
reputasti posses faciliter inclinari. Unde si aliquid circa praedicta
adhuc animum tuum angit, si placet tibi propone.

Capitulum 11

Discipulus: Si circa praedicta omnia quae volvo in animo ti-
bi proponerem et tu ad omnia responderes sicut coepisti, librum
maximum faceremus. Ideo illis omissis ad aliam interrogationem
5 memoratis annexam accedo. Saepe audivi quod assertio alicuius
est catholica, ipse tamen non est catholicus, et nonnumquam as-
sertio alicuius haereticalis ostenditur, et tamen ipse inter haere-
ticos minime computatur. Ex quo videtur quod ad alios poterit
pertinere quae assertio est catholica et quae haeretica iudicare et
10 ad alios quis haereticus et quis catholicus est censendus discerne-
re. Quamobrem interrogo an ad theologos vel canonistas spectet
inter haereticos et orthodoxos discernere.

Magister: Aliqui canonistae sentire videntur quod ad ipsos
principaliter spectat inter haereticos et catholicos iudicare. Pro
15 qua opinione potest sic argui. Ad illos spectat principaliter dii-
dicare haereticos, et per consequens inter haereticos et catholicos
iudicare, qui de haereticis exquisitius et magis ex intentione con-
siderant; huiusmodi autem sunt canonistae. Unde et in libro de-
cretalium specialis titulus satis prolixus de haereticis est insertus;
20 in decretis etiam de haereticis saepe diffuse tractatur. In theolo-
gia autem de haereticis raro fit mentio. Unde et nomen haeretici

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 45 considero] considera Vg 45–46 exquisitius]■
exquirentius Ly Vg 46 falsissimas] facillimas Ly Vg 48 angit] anxit
Ly Vg 48 tibi] omitted Ly 2 circa praedicta] omitted Ly Vg 2 omnia]
illa added Ly; praedicta added Vg 2 volvo] vellem Ly Vg 3 proponerem]
proponere Ly 3 coepisti] fecisti Vg 5 memoratis annexam] praememo-
ratam Ly 5 accedo] accede Ly 5–7 alicuius ... assertio] omitted Ly
Vg 7 ostenditur] dicitur Ly Vg 9 quae! ... iudicare] omitted Fi Ly Vg
10 ad] omitted Vg 10 haereticus] est added Ly 10 censendus] et quae
assertio catholica et quae haereticalis added Ly Vg 11 interrogo] omitted Fi
11 vel] ad added Ly Vg 11 spectet] spectat Ly Vg 13 sentire] tenere
Fi Ly Vg 13–14 ipsos principaliter] eos Ly Vg 15 principaliter] prin-
cipaliter Ly 15–16 diiudicare ... consequens] omitted Ly 17 iudicare]
diiudicare Ly 17 exquisitius] exquisitis Vc 17 ex] de Ly Vg 18 autem]
omitted Fi Ly Vg 18 et] omitted Fi Ly Vg

Utrum ad canonistas vel theologos pertinet discernere qui sunt haeretici vel
theologi et arguitur pro utraque parte Ox

in uno loco solummodo Bibliae, scilicet ad Titum 3 invenitur. Quare ad canonistas principaliter pertinet haereticos secernere ab orthodoxis.

Sed alii opinionem praedictam reputant omnino falsam, dicentes quod ad theologos spectat quis reputari debeat catholicus, quis haereticus, iudicare, sed canonistae habent ostendere qua poena, postquam aliquis fuerit haereticus factus, debet secundum canonica iura puniri, quemadmodum iudex secularis, licet nesciat aliquem convincere esse haereticum, postquam tamen fuerit sibi tanquam haereticus ab ecclesia derelictus, non ignorat qua poena secundum iura civilia sit plectendus. Iudex igitur ecclesiasticus, si aliquis coram eo fuerit tanquam haereticus accusatus, habet primo consulere theologos quomodo oportet talem convincere et postmodum per canones debet eum condignae poenae subiicere. Quod autem theologi principaliter inter haereticos et orthodoxos discernant isti ostendunt, dicentes quod nullus est habendus haereticus nisi qui haeresi pertinaci animositate adhaeret. Sed ad theologos non solum quae assertio est inter haereses numeranda, sed etiam quae adhesio debet pertinax aestimari principaliter spectat discernere. Ergo etc.

Capitulum 12

Discipulus: Licet mihi videatur probabile quod ad theologos pertinet principaliter iudicare quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda, adhuc tamen ignoro an ad ipsos principaliter spectet quis pertinaciter, quis non pertinaciter, adhaeret pravitati haereticae diffinire. Et ideo nescio an ad eos principaliter pertineat inter haereticos et orthodoxos distinguere, quia error absque pertinacia errantem non reddit haereticum. De hoc igitur velis disserere.

Magister: De hoc quidam canonistae a theologis discordare videntur, dicentes quod ad canonistas principaliter pertinet iudi-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 22 titum] Timotheum Fi Ly 23 secernere]
discernere Fi Ly Vg 28 debet] debeat Ly 30 aliquem] *omitted* Fi 35 debet]
habet Fi Ly Vg 35 condignae] digna Fi 36 quod] quia Ly 36 inter]
super Ly Vg 37 quod] quia Ly 38 qui] in *added* Vg 40 quae adhesio]
qui auctor eius Ly Vg 3 pertinet] pertineat Ly Vg 3 principaliter] *omit-*
ted Fi 7 distinguere] diffinire Ly Vg 11 canonistas] theologiam Ly Vg
11 principaliter] non *added* Ly Vg

22 Titus 3:10

Allegantur tres cause quare potius ad canonistam quam ad theologum spectat cognoscere de pertinacia haeresis Ox

care quis est pertinax iudicandus, ad quod ponendum rationibus
 infra scriptis videntur posse moveri, quarum prima talis est. Nul-
 15 lus errans contra fidem catholicam est pertinax iudicandus nisi
 spectat considerare quomodo errantes corripi debeant a praelatis,
 ad illos principaliter spectat discernere quis est pertinax iudican-
 20 dus. Sed canonistae principaliter tractant quomodo errantes corri-
 pi debeant a praelatis, quia ipsorum est scire quando et quomodo
 debeant praelati contra errantes procedere, quod ad theologos mi-
 nime spectat. Canonistae enim, non theologi, de accusationibus,
 denunciationibus, inquisitionibus haereticae pravitatis et etiam de
 citationibus, interrogationibus et examinationibus haeticorum et
 25 aliis quae spectant ad iudicarium ordinem circa errantes servan-
 dum cognoscunt. Ergo ad canonistas pertinet principaliter scire
 quis est pertinax et haereticus iudicandus.

Secunda ratio est haec. Pertinacia est quaedam contumacia,
 secundum quod Gregorius innuit, ut habetur dist. 15 c. *Non li-*
cuit, et beatus Augustinus, ut legitur 24, q. 3, c. *Qui in ecclesia* .
 30 De contumacia autem principaliter tractant canonistae, cum con-
 tumacia attendatur, vel respectu non venientis, vel respectu non
 restituentis, vel respectu non respondentis aut obscure respon-
 dentis, vel respectu recedentis vel respectu non exhibentis, quae
 omnia citationem praesupponunt ad hoc quod quis contumax re-
 35 putetur. De citationibus autem et his quae ad iudicarium ordinem
 pertinere noscuntur non theologi sed canonistae considerant. Ergo
 ad ipsos principaliter spectat scire quis est pertinax et haereticus
 iudicandus.

Tertia ratio est haec. Ad quem spectat alicuius criminis puni-
 40 tio, ad eundem spectat eiusdem criminis cognitio, quia crimen

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 15 correctus] corrigendus Ly 15 quos]
 alios Vg 16 considerare] determinare Ly 17–19 ad ... praelatis] *omitted*
 Vg 18 canonistae] ad canonistas Ly 18 tractant] spectat determinare Ly
 20 theologos] orthodoxos Vg 23 et¹] *omitted* Fi 23 et²] de *added* Ly Vg
 24 spectant] spectat Vg 25 cognoscunt] debent cognoscere Ly, cognosce-
 re Vg 28 quod] *omitted* Ly Vg 28 gregorius] gregorium Vg; gregorium
 ut Ly; ut *added* Fi 28 ut] et Fi Ly Vg 29 beatus augustinus] beatum
 Augustinum Vg; per beatum Augustinum Ly 31 attendatur] vel respectu
 recedentis *added* Vc 32 respectu] rectum Ly 32–33 aut ... responden-
 tis] *omitted* Fi Ly Vg 33 non] *omitted* Fi Ly 34 quis] aliquis Ly Vg
 35 et] in Fi Ly Vg 37 pertinax] contumax Ly Vg 40 eiusdem] eius Vc
 40 criminis] puniendi *added* Ly

incognitum puniri non debet. Sed ad canonistas principaliter spectat quomodo pro pertinacia quis debeat puniri. Ergo ad eosdem spectat principaliter scire quis est pertinax iudicandus.

Capitulum 13

Discipulus: Narra assertionem contrariam cum motivis eiusdem.

Magister: Alii dicunt quod ad theologos spectat scire principaliter quis pertinax est habendus. 5

Primum autem motivum eorum est tale. Ad theologos pertinet principaliter tractare de illis criminibus quae directe committuntur in Deum, quia, cum theologia sit de Deo sicut de principali subiecto, ipsa habet considerare crimina quae committuntur in ipsum. Pertinacia autem pravitatis haereticae directe in Deum committitur. Ergo ad theologos pertinet principaliter de pertinacia perscrutari. 10

Secundum motivum est tale. Eadem est scientia contrariorum, nam idem est iudex sui et obliqui. Fides autem et haeretica pravitas sunt contraria. Ad theologos vero principaliter pertinet considerare de fide. Ergo ad eosdem spectat considerare de haeretica pravitate, et per consequens de pertinacia, sine qua haeretica pravitas minime reperitur. 15

Tertium motivum est hoc. Quando scientia superior et inferior considerant de eodem, notitia illius principaliter spectat ad scientiam superiorem quam ad inferiorem, quia superior cognoscit per causas superiores et per priora principia. Sed de pertinacia haeresis considerat tam theologia quam scientia canonistarum. Ergo cum theologia sit scientia superior, scientia vero canonistarum sit 20

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 43 scire] *omitted* Ly Vg 43 iudicandus] iudicare Ly 4–5 principaliter] *omitted* Fi 9 ipsa] principaliter *added* Ly Vg 14 nam] et *added* Vc 14 sui] veri Ly 15 contraria] igitur *added* Ly 15 vero] *omitted* Ly Vg 16 spectat] pertinet Ly Vg 19 hoc] *omitted* Ly Vg 20 eodem] eadem Vg 21 ad] *omitted* Fi Ly Vg 21 superior] *omitted* Ly Vg 22 priora] prima Ly Vg 23–25 ergo ... inferior] Fr Vd: iuristarum ergo et theologia sicut superior scientia vero canonistarum sicut inferior Vg; iuristarum igitur cum theologia sit scientia superior scientia vero canonistarum sit inferior Ly; iuristarum igitur et theologia sit superior scientia vero canonistarum sicut inferior Fi

13–14 Cf. Aristotle, *Metaphysics* IX.2, 1046b 5ff

Probatur tripliciter quod ad theologos potius spectat cognoscere de haeresi Ox

25 scientia inferior sequitur quod ad theologiam principalius spectat de pertinacia considerare. Maior est certa, ut videtur; minor ostenditur. Nam quod de pertinacia consideret scientia canonistarum est notum et ipsi concedunt. Quod vero theologia consideret de eadem patet aperte, cum Apostolus ad Titum 3 doceat
30 haereticum devitandum, et in evangelio pertinaciam Iudaeorum nolentium credere Christo ipsamet veritas reprehendat.

Discipulus: In toto evangelio de pertinacia mentio non habetur. Quomodo ergo dicunt isti quod Christus Iudaeorum pertinaciam in evangelio reprehendit?

35 **Magister:** Ad hoc respondent quod licet de hoc nomine pertinacia vel pertinax nulla in evangelio mentio fiat, tamen de re significata saepe fecit Christus } sermonem.

Discipulus: Ubi?

40 **Magister:** Ioannis 15, ubi ait de Iudaeis, “Si non venissem et locutus non fuisset eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo”, ubi Christus declarat Iudaeos fuisse in suis erroribus pertinaces quia sibi credere noluerunt. Unde subdit, “Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt et
45 oderunt me et patrem meum”, ubi eos pertinaces ostendit quia operibus credere noluerunt. Maliciam et pertinaciam Iudaeorum indicat manifeste cum, ut habetur Matthaei 11, exprobrat civitatibus quae sibi credere renuerunt.

Capitulum 14

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 25 sequitur quod] Fr Vd: ergo Ly Vc Vg 26 de ... considerare] etc Fi Ly Vg 27–28 canonistarum] canonum Ly Vg 29 eadem] eodem Ly Vg 29 titum] Tim Fi Ly 31 christo] christus Fi 31 reprehendat] reprehendit Ly Vg 33 ergo] *omitted* Ly 34 in evangelio] *omitted* Fi Ly Vg 35 respondent] respondetur Ly Vg 37 significata] signata Vg 37 saepe] *omitted* Fi 37 sermonem] mentionem vel sermonem Ly 40 eis] *omitted* Ly Vg 47 indicat ... cum] indicans in communitate tamen Ly Vg 47 11] 2 Vc 48 renuerunt] noluerunt Fi Ly Vg

29–30 Titus 3:10 39–41 John 15:22 43–45 John 15:24 47–48 Matthew 11:214

Respondetur ad rationes pro canonistis dicente quod simpliciter ad theologos spectat sed quantum ad aliquas circumstantias ad canonistas quodque non omnis contumacia dicitur pertinacia nec cognoscere semper pertinet ad iudicem qui punit Ox

Discipulus: Quantum adhuc intelligo plus mihi placet assertio ista secunda, et ideo indica quomodo isti ad rationes contrarias respondere nituntur.

Magister: Ad primam nonnulli respondent dicentes quod licet in genere theologi principaliter debeant scire quis est pertinax iudicandus, tamen aliquem modum specialem errantem de pertinacia convincendi magis ex intentione propter aliquas circumstantias considerant canonistae, licet de tali modo, si inter canonistas dubitatio et dissensio oriretur, ad theologos, applicando theologia et universalia ad particularia, spectaret profundius et certius iudicare, licet forte cum investigatione et deliberatione prolixa et magna. Unde dicunt quod sunt multi modi deveniendi in notitiam pertinaciae alicuius errantis contra fidem, quorum aliqui respiciunt ordinem iudicarium, puta si errans citatus ad iudicium venire recusat, si veniens renuit respondere, si subterfugere iudicium et examinationem malitiose molitur. Tales autem modos convincendi haereticos quantum ad circumstantias multas ordinem iudicarium respicientes magis explicite tractant canonistae quam theologi. In genere, tamen, et quantum ad multos alios modos convincendi de pertinacia, magis spectat ad theologos de pertinacia pertractare.

Discipulus: Potest aliquis convinci de pertinacia extra iudicium?

Magister: Nemo convincitur auctoritate officii extra iudicium vel sine iudicis auctoritate, aliquis tamen extra iudicium convincitur quantum ad hoc, quod eius malitia per evidentiam rei ad notitiam pervenit aliorum in tantum ut liceat absque temeritate ipsum pertinacem haereticum reputare.

Discipulus: Dic ad formam rationis illius primae.

Magister: Ad formam dicitur quod cum accipitur quod nullus errans contra fidem est pertinax iudicandus nisi qui correctus

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 2 intelligo] vel *added* Ly 3 rationes] tres *added* Ly; duas *added* Vg 6 in genere] *omitted* Fi 9 licet] sed Vc; etiam *added* Fi Ly Vg 10 et dissensio] *omitted* Fi Ly Vg 10–11 applicando... spectaret] videretur applicando et universalia ad particularia vera Vg, videretur applicandum qui sciunt universalia ac particularia Ly 12 cum] dubitatione *added* Vc 14 in] ad Ly Vg 15 respiciunt] inspiciunt Vc 16 renuit] renuerit Ly Vg 16 si²] et Ly; *omitted* Vg 17 tales] similes Ly Vg 21–22 de pertinacia] *omitted* Ly Vg 25 officii] iudicii Ly Vg 27 per] propter Ly Vg 28 pervenit] perveniat Fi 30 primae] opinionis Ly 32 correctus] corrigendus Ly

2–3 assertio secunda: 2.4 5 primam: 12.13

35 a suo praelato suum defendit errorem, quod hoc est manifeste
falsum, quia sunt alii modi extra omne iudicium deprehendi
errantem in pertinacia manifesta. Nam qui iuraret se in perpetuum
aliquam haeresim defensurum, de qua in decretis et tota scientia
canonistarum nulla fit mentio sed in theologia duntaxat, theologi
non canonistae talem deprehenderent in pertinacia manifesta.

40 Ad secundam rationem dicitur quod omnis contumacia est per-
tinacia, sed non omnis pertinacia est contumacia (stricte accep-
to vocabulo contumaciae) reputanda, et ideo licet canonistae de
contumacia principaliter considerarent, non sequitur quod de per-
tinacia principaliter perscrutentur, quia saepe scientia superior de
45 universalibus et inferior de particularibus tractat. Nec Gregorius
et Augustinus dicunt quod omnis pertinacia est contumacia, licet
intelligant quod saepe haeretici pro contumacia sint iudicialiter
condemnandi.

Ad tertiam rationem respondent quod ad quem spectat alicuius
criminis punitio ad eundem spectat eiusdem criminis aliqualis co-
50 gnitio, saltem generalis et confusa vel accepta ab alio, sed non
oportet quod ad ipsum principaliter spectet eiusdem criminis per-
scrutatio scientialis vel subtilis cognitio et profunda. Ad iudicem
namque secularem spectat ultima punitio haeretici a suo errore
resilire nolentis postquam fuerit seculari relictus iudicio, et ta-
55 men ad secularem iudicem non spectat principaliter scire quis
est haeticus reputandus. Iudices etiam seculares falsarios mo-
netarum et mechanicos contra artes suas falsa opera facientes
condigna poena plectere debent, et tamen monetarii et mecha-
nici falsitatem monetae et operum aliorum acutius quam iudices
60 deprehendunt. Sic licet canonistae considerent quomodo perti-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 33 errorem] dicitur *added* Vc 33 hoc] **■**
omitted Vc 36 haeresim] defensare vel *added* Ly Vg 36 defensurum] de-
fensare Fi 36 et] in *added* Ly 37 in] *omitted* Vg 38 deprehenderent]
deprehendent Vc, deprehenderunt Vg 40 non] econtra nec *added* Ly 40–41 contumacia ... **■**
accepto] sub Ly 40 stricte] stricto Fi Vg 40–41 accepto] *omitted* Fi Vg
43 perscrutentur] perscrutarentur Ly 44 tractat] tractant Ly 45 licet] sed
Fi Ly Vg 46 intelligant] intellexerunt Ly, intelligerint Vg 46 sint] sunt Ly
46 iudicialiter] iudicare Vg 48 spectat] *omitted* Ly 48–49 alicuius ...
spectat] *omitted* Vg 49 criminis²] *omitted* Fi 51 ad ipsum] *omitted* Fi
52 subtilis] et specialis *added* Ly 55 principaliter scire] profunde *added*
Fi Ly Vg 56 est] sit Ly; *omitted* Vg 58 et¹] *omitted* Ly 59 operum]
opera Ly Vg

39 secundam: 12.27 44 Gregorius: 12.28 45 Augustinus: 12.29 48 ter-
tiam: 12.39

naces in errore contra fidem oportet iuste puniri, theologi tamen multo certius errantes in pertinacia deprehendunt, quemadmodum suspensores furum melius sciunt quam iudices quomodo debent suspendi latrones, gravitatem tamen latrocinii minus cognoscunt.

Capitulum 15

Discipulus: Dic breviter quae sunt illa secundum istos assertores quae habent canonistae de haereticis indagare}.

Magister: Dicunt isti quod canonistae non solum habent disse- 5
rere qua poena secundum iura canonica oporteat haereticos casti-
gare, sed qualiter sit contra haereticos iudicialiter procedendum—
quomodo scilicet formandi sunt libelli accusatorii et alii, et quo-
modo producendi sunt testes, et alia quae ad iudicarium ordinem
spectant—oportet eos cognoscere. Propter multas etiam haereses 10
quae in libris eorum reperiuntur damnatae possunt de multis di-
scernere an sint haeretici iudicandi, licet de hoc valeant theologi
profundius iudicare. Licet enim in biblia de haereticis sub isto
nomine raro mentio habeatur, sancti tamen bibliae tractatores de
haereticis saepe per principia in scriptura sacra tradita quomodo 15
sit aliquis haereticus cognoscendus magnos tractatus efficiunt, de
quibus in libris canonistarum plurima inseruntur. Praeter quae et
determinationes ecclesiae in scriptura divina fundatas, fere omnia
alia de haereticis in libris eorum inventa non quis sit habendus
haereticus sed quomodo sit contra haereticos in iudicio proce- 20
dendum et qua debeant poena feriri declarant, quod in titulo de
haereticis qui in libro decretalium est insertus patenter apparet.
Praedicta autem quia sunt positiva particularia et ex inventionem
pendent humana non sunt de consideratione theologorum, qui
principaliter talia non considerant. Per regulas tamen universales 25
ad ipsos pertinet iudicare, ubi deficeret prudentia canonistarum,
an leges ecclesiasticae de haereticis certis modis plectendis et

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 62 multo] fortius et *added* Ly Vg
62 in pertinacia] pertinaciter Ly Vg 63 suspensores furum] tortores Ly
63 suspensores] suspensuri Vg 63 debent] debeant Ly Vg 2–3 istos
assertores] assertores istos Ly 5 oporteat] oportet Fi Ly Vg 7 scilicet]
contra haereticos *added* Ly Vg 7 et²] *omitted* Ly Vg 14 saepe] semper
Ly Vg 24 principaliter] principia Vc 24 regulas] rationes Ly Vg

2–3 istos assertores: 13.4 20–21 col. 778

Declarat quae sunt illa quae de haereticis pertinet cognoscere ad canonistas et secundum literam de aliquibus non autem secundum profundum intellectum Ox

modo procedendi contra eosdem scripturis sint adversae divinis,
quia si leges huiusmodi contrariarent scripturae sacrae non essent
aliqua^liter tolerandae. Explicit liber primus.

30

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 27 eosdem] in *added* Fi 28 contrariarent]
contrariarentur Fi Ly Vg 29 aliqua^liter] aliter Ly Vg 29 explicit ... pri-
mus] *omitted* Ly

LIBER SECUNDUS**Capitulum 1**

Discipulus: Quae recitasti circa quaesita ad praesens mihi sufficiunt, et ideo ad alia quae magis habeo cordi festino. Volo enim de haeresibus multa inquirere, sed, quia nonnunquam cognitio unius contrariorum ad cognitionem alterius conferre dignoscitur, quaero primo quae veritates sunt catholicae censendae. 5

Magister: Quaestio tua unum videtur supponere et aliud quaerere. Videtur enim supponere quod non omnes veritates sunt catholicae iudicandae, quod beatus **REFERENCE** Augustinus in Encheiridion expresse determinat, quaerit autem quae sunt illae veritates quae catholicae sunt censendae. 10

Discipulus: Cum beato Augustino illud quod supponit quaestio firmiter teneamus, et circa quaesitum sententiam unam vel plures enarra. 15

Magister: Circa quaesitum sunt diversae et adversae sententiae, quarum una est quod illae solae veritates sunt reputandae catholicae de necessitate salutis credendae quae in canone Bibliae explicite vel implicite asseruntur, ita quod, si aliquae veritates in Biblia sub forma propria minime continentur ex solis contentis tamen in ea consequentia necessaria et formali possunt inferri, sunt inter catholicas numerandae. Sicut haec veritas, “Christus est verus Deus et verus homo” in tota scriptura divina sub hac serie verborum nullatenus invenitur; quia tamen ex contentis in scriptura sacra consequentia necessaria et formali concluditur, catholica est censenda et eam credere est necessarium ad salutem. Omnes autem aliae veritates quae nec in Biblia sunt insertae nec ex contentis in ea consequentia necessaria et formali possunt inferri, licet in scriptis sanctorum vel in definitionibus summorum 20 25

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 4 alia] aliud Ly 4 quae] quod Ly 7 sunt] sint Bb 13–14 quaestio] *omitted* Ly Vg 17–18 reputandae catholicae] catholicae reputandae et Ly 19 vel] et Vc 19–22 veritates ... sunt] *omitted* Bb 21 possunt] possint Vc 22 numerandae] connumerandae Ly 28 necessaria ... formali] formali et necessaria Ly 29 scriptis] scripturis Ly 29 vel] et Bb Ly

incipit liber secundus inquirens quae assertiones sint catholicae et quae haereticae Vc; incipit liber secundus de assertionibus catholicis et haereticis, quae sunt veritates theologicae reputandae et sic ab omnibus fidelibus tenenda et quod sint solum illae quae ponuntur in canone Bibliae vel necessario eliciuntur probatur multiplici auctoritate et tertia ratione Ox

30 pontificum asserantur aut etiam ab omnibus fidelibus teneantur,
non sunt catholicae reputandae nec est necessarium ad salutem
eis per fidem firmiter adhaerere vel propter eas rationem et hu-
manum ingenium captivare.

35 Hanc suam sententiam auctoritatibus et rationibus confirmare
nituntur. Auctoritas prima est Salomonis Proverbiorum 30 c qui
ait, “Omnis sermo Dei ignitus clypeus est sperantibus in se; ne
addas quicquam verbis illius et arguaris inveniariisque mendax.”
Ex quibus verbis colligitur quod verbis divinis quae in scriptura
40 divina habentur nihil penitus est addendum tanquam necessarium
ad credendum. Hoc etiam testari videtur Moyses Deuteronomii
4 c. et beatus Iohannes Apocalypsis ultimo, quorum verba supra
c. 2 sunt adducta. Ex quibus datur intelligi quod sicut de scrip-
tura sacra nihil est penitus auferendum, ita ei omnino nihil est
addendum tanquam necessarium ad salutem.

45 Hanc etiam sententiam auctoritatibus beati Augustini conan-
tur ostendere. Augustinus enim in quadam epistola ad Hierony-
mum, et recitatur etiam in decretis, dist. 9, c. *Ego*, ait: “Ego solis
eis scriptorum qui iam canonici appellantur didici hunc timorem
honoremque deferre ut eorum nullum scribendo errasse audeam
50 credere, ac si aliquid in eis offendero quod videatur contrarium
veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem vel non es-
se assecutum interpretem quod dictum est vel minime me intelle-
xisse non ambigam. Alios autem ita lego ut quantalibet sanctitate
quantave doctrina polleant non ideo verum putem quia ita ipsi

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 30 aut] et Ly, ac Bb 32 et]
vel Bb Ly 33 ingenium] intellectum Bb Ly 35–36 30 ... ait] 30 Ly
35 c] omitted Bb 36 est] omnibus added Ly 38 verbis¹] omitted Bb Ly
41–42 verba ... adducta] verbo c. 2 sunt adducta primi libri Bb, verba c. 2
sunt adducta primi libri Ly, verba supra c. 2 primi libri sunt addita Vc 43 est
penitus] penitus est Ly 43 auferendum] auferendae Bb 43 ei omnino]
omitted Bb Ly 43 nihil²] ei added Bb 43 est²] penitus added Bb Ly
45 etiam] omitted Ly 45 auctoritatibus] auctoritate Ly 45 beati] omit-
ted Ly 46 ostendere] unde added Ly 46 enim] omitted Ly 47 etiam]
omitted Bb Ly 48 eis] omitted Ly 48 scriptorum] scripturarum libris Bb
Ly Vc 49 eorum] earum Bb Ly 49–50 scribendo ... ac] auctorem ali-
quid errasse firmissime credam Ly, auctorem scribendo aliquid errasse firmis-
sime credam Bb 50 ac] omitted Vc 50 aliquid] autem added Bb Ly Vc
50 offendero] invenero Bb Ly, ostendero Vc, aliter invenero Vcm 51 vel¹]
omitted Bb Ly 51–52 esse] omitted Bb 52–53 intellexisse] intelligere
Bb Vc

32–33 Cf. 2 Corinthians 10:5 35–37 Proverbs 30:56 41–42 supra: 1 Dial.
2.92 47–56 col. 17

senserunt sed quia mihi, per alios auctores vel canonicas vel probabiles rationes quod a vero non abhorreat persuadere potuerunt.” Ex his verbis colligitur quod solis libris canonicis qui in Biblia continentur necesse est fidem certissimam adhibere et quod assertionibus aliorum non est necessarium ad salutem firmiter adhaerere. 55
60

Item, hoc idem Augustinus in libro de unico baptismo, ut recitatur eadem dist. 9, c. *Quis nesciat*, aperte sentire videtur. Ait enim, “Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris quam novi testamenti certis terminis suis contineri, eamque posterioribus omnibus episcoporum litteris ita praeponi ut de illa omnino dubitari et disceptari non possit, utrum verum vel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem litteras quae post confirmatum canonem vel scriptae sunt vel scribuntur, et per sermonem forte sapientiosem cuiuslibet in ea re peritioris et per aliorum episcoporum graviosem auctoritatem doctioremque prudentiam et per concilia, licere reprehendi si quid in eis forte a veritate est deviatum?” Ex his verbis colligitur quod de sola scriptura novi et veteris testamenti est illicitum dubitare utrum sit verum vel rectum quicquid in ea scriptum esse constiterit. Ergo de omnibus scripturis generalium conciliorum et quorumcumque aliorum expositorum scripturae divinae ac etiam Romanorum pontificum et quorumlibet historiographorum post canonem editis confirmatum non est illicitum dubitare et disceptare an a veritate exorbitent quaecumque scripta in eis constiterint, antequam scripturae sacrae novi et veteris testamenti consona demonstrantur. 65
70
75
80

Item, Augustinus in epistola ad Vincentium, et allegatur dist. praedicta c. *Noli*, loquens de scripturis posterioribus novo et veteri testamento, ait, “Hoc genus literarum ab auctoritate canonis

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 55 senserunt] senserint Ly 55 mihi] omitted Ly 55 alios ... canonicas] istos canonicos auctores Bb 55 canonicas] canonistas Vc 56 abhorreat] aberrent mihi Bb Ly, aberrant Vc, aliter abhorreant Vcm 57 ex] omitted Bb Ly 57 solis ... canonicis] solum canonibus Ly 57 libris] omitted Bb 62 eadem] omitted Ly 63 sanctam] omitted Bb 64 terminis suis] certa Bb 64 suis] omitted Vc 65 omnibus] omnium Bb Vc 68 litteras] littere Bb 69 scribuntur] scribentur Vc 73 sola] sacra added Ly 75–76 generalium conciliorum] conciliorum generalium et consimilium Ly 79 disceptare] discrepare Ly 79 scripta] scriptura Ly 80 constiterint] constiterit Bb 80 sacrae] omitted Ly 81 demonstrantur] demonstratur Ly 82 allegatur] in added Bb

61–72 col. 17 82–87 col. 18

85 distinguendum est; non enim sic leguntur tanquam ex eis ita testi-
monium proferatur ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter
sapuerint quam veritas postulat”. Ex his habetur quod contra om-
ne genus literarum post canonem Bibliae licet sentire.

90 His concordare videtur Augustinus in epistola ad Fortunatum,
et habetur dist. praefata c. *Neque*, qui ait: “Neque quorumlibet
disputationes”, id est expositiones secundum glossam, “quamvis
catholicorum et laudatorum hominum, velut scripturas canonicas
habere debemus, ut nobis non liceat, salva honorificentia quae
illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque
95 respuere, si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas
habet, divino adiutorio vel ab aliis intellecta vel a nobis”. Ex
his concluditur quod nullus assertionibus quorumcumque quae in
scripturis canonicis non habentur firmiter assentire constringitur.

100 Item, de veritatibus quas docuit Augustinus, quod nullus tene-
atur eas de necessitate salutis recipere nisi in scripturis canonicis
habeantur per eundem Augustinum ostendunt. Nam in libro de
trinitate, ut in dist. 9 recitatur, c. *Noli*, ait, “Noli meis litteris qua-
si canonicis scripturis inservire, sed in illis quae non credebas
cum inveneris incunctanter crede, in istis autem quod certum non
105 habebas nisi certum intellexeris noli firmiter tenere”. Et in epi-
stola ad Vincentium Victorem libro 2, ut habetur dist. eadem, c.
Negare, ait, “Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis maio-
ribus, ita esse multa in tam multis opusculis meis quae possunt
iusto iudicio et nulla temeritate culpari”. Ex his concluditur quod
110 scriptis beati Augustini non est necesse incunctanter adhaerere;
ergo eadem ratione nec scriptis aliorum quorumcumque qui inter
scriptores Bibliae non habentur.

115 Sententiam etiam memoratam rationibus moliuntur ostendere,
quarum prima est haec. Extra illam scripturam nulla catholica
veritas invenitur, in qua omnis veritas utilis ad salutem habetur
et omnis falsitas inimica saluti damnatur. Sed secundum Augu-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 86 sicubi] ubi Ly 90 quorumlibet] ■
quorum Bb 92 canonicas] catholicas Bb 95 invenerimus] invenimus
Vc 95 senserint] senserit Bb 96 ab] *omitted* Ly 97 nullus] nullis Ly
98 scripturis] scriptis Bb 98 assentire] quis *added* Bb Ly 101 per] se-
cundum Ly 103 quae] quia Bb 105 habebas] habeas Bb Ly 105 firmiter] ■
firmum Ly 106 ut] et Bb Ly 106 eadem] 9 Ly 107–108 maioribus]
est *added* Ly 110 scriptis] scripturis Bb Ly 110 adhaerere] haerere Bb
111 scriptis] scripturis Ly 113 etiam memoratam] memoratam autem Bb

90–96 col. 18 102–105 col. 17 106–109 col. 17

stinum in scriptura divina quicquid utile est invenitur, quicquid noxium est damnatur. Ergo extra sacram scripturam nulla veritas catholica reperitur.

Secunda ratio est haec. Non minus sufficiens pro fidelibus Christianis est novum testamentum una cum veteri quam fuit solummodo vetus testamentum pro Hebraeis. Sed tota fides ad quam astringebantur Hebraei fuit expressa in veteri testamento. Ergo et tota fides ad quam de necessitate salutis Christiani artantur in novo testamento et veteri continetur. Ergo Christianus de necessitate salutis non tenetur credere aliquid quod nec in Biblia continetur nec ex solis contentis in Biblia potest consequentia necessaria et manifesta inferri.

Tertio sic. Illud quod eadem facilitate contemnitur qua probatur ad fidem catholicam minime spectat et, esto quod sit verum, non debet inter veritates catholicas numerari. Sed secundum beatum Hieronymum de scripturis divinis loquentem, quod de scripturis auctoritatem non habet eadem facilitate contemnitur qua probatur. Ergo nulla veritas quae ex scripturis divinis auctoritatem non habet est inter veritates catholicas computanda.

Capitulum 2

Magister: Sed alii isti sententiae nequaquam consentiunt, dicentes quod multae sunt veritates catholicae et fidem sapientes catholicam quae nec in scripturis habentur divinis explicite nec ex solis contentis in eis possunt inferri quibus tamen fidem indubiam explicitam vel implicitam adhibere est necessarium ad salutem.

Ad cuius evidentiam dicunt esse sciendum quod, praeter veritates circa quas licitum est sic et aliter opinari, veritates quas quilibet catholicus certa credulitate explicite vel implicite tenere astringitur possunt in triplici differentia reperiri.

Quaedam enim sunt de Deo et Christo secundum humanitatem, ex quibus principaliter salus nostra dependet, sicut quod

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 117 invenitur] et added Ly 118 noxium] ■
 vel nocivum added Ly 124 artantur] tenentur et arcentur Ly, tenentur et artantur Bb 126 tenetur] ad credendum nec added Ly 126 aliquid] omitted Ly 130 et] omitted Ly 132 beatum] omitted Ly 133 scripturis] divinis added Vc 134 veritas] auctoritas Ly 134 divinis] omitted Ly 9 et] vel Ly

Ponitur secunda sententia de veritatibus catholicis quae sint dicendae et ponuntur 6 gradus recitando solum Ox

15 unus est Deus et tres sunt personae, quod Christus est verus Deus
et verus homo, passus, mortuus, et quod resurrexit et ascendit etc.

Aliae sunt veritates ex quibus non ita principaliter dependet
salus humana, eas tamen oportet firma fide tenere, quia ex revela-
tione vel approbatione Dei, cui nullus debet catholicus dissentire,
ad orthodoxorum notitiam pervenerunt, quibus mediantibus ipsas
20 fideles posterius susceperunt. Huiusmodi veritates sunt quamplures
in canone confirmato contentae, in quo etiam multae habentur de
creaturis et etiam de infidelibus hominibus, quae non directe sed
indirecte quodammodo ad salutem humani generis pertinere no-
scuntur, sicut quod Pharaon, Madianitae, Chananei et alii infideles
25 quamplurimi multas terras occupaverunt et filios Israel multipli-
citer afflixerunt.

Nonnullae etiam veritates huiusmodi extra praedictum cano-
nem continentur quae tamen per revelationem vel approbationem
divinam mediantibus apostolis ad catholicos pervenerunt, quia
30 Christus, dum viveret in carne mortali cum apostolis, multa do-
cuit eos et fecit coram eis quae tamen in Biblia non habentur.
Ex revelatione etiam spiritus sancti, qui secundum promissionem
Christi docturus erat apostolos omnem veritatem, multa quae non
habentur in sacris literis didicerunt quae postea catholicos do-
cuerunt. Omnes veritates praedictas, et quae ex eis consequentia
35 necessaria, omni tempore necessitatem habente, possunt inferri
dicunt isti catholicas esse tenendas.

Praeter veritates vero praedictas dicunt esse quasdam alias ve-
ritates quae ex solis contentis in scriptura divina et veritatibus
40 quae ad nos per apostolos pervenerunt concludi non possunt, quae
tamen ex praedictis veritatibus vel aliqua earum et quibusdam ali-
is veris quae in facto consistunt quae vere negari non possunt ma-
nifeste sequuntur. Et de talibus veritatibus exemplificare nituntur
dicentes quod talis veritas est ista: regulae a sanctis patribus, sci-
licet Basilio, Benedicto, Augustino, et Francisco, institutae sunt
45 licitae, meritoriae, et perfectae, quia, licet ista veritas ex solis
contentis in scriptura sacra et veritatibus quas ab apostolis ec-
clesia universalis accepit inferri non possit, cum de istis sanctis
et gestis ac regulis institutis ab eis nulla in praedictis veritatibus
50 mentio habeatur, ista tamen veritas simul ex scripturis divinis ac

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 15 passus] et *added* Ly 16 dependet ■
pendet Bb Ly 17 eas] ea Bb 18 dei] eius *added* Bb 20 quamplures]
complures Ly 22 et] *omitted* Ly 28 vel] et Ly 42 vere] vera Bb Ly
43 veritatibus] quae ad notitiam pervenerunt *added* Ly

gestis et actibus praedictorum sanctorum, de quibus gestis et actibus Christiano rationali sufficienter potest fieri fides, concluditur evidenter. Tales etiam veritates sunt istae: fides quam tenuit Augustinus est catholica reputanda; symbolum Athanasii est catholicum et fidele; sancta quatuor concilia generalia rite celebrata veritatem catholicam diffinierunt, et huiusmodi multae quae ex solis contentis in scriptura divina et doctrina apostolica inferri non possunt, cum Augustinus et Athanasius tunc non fuerint in rerum natura nec tunc illa concilia fuerint celebrata—ex contentis tamen in illis et aliis veris possunt concludi patenter. Tales veritates dicunt esse quamplurimas, quarum aliquae doctrinis autenticis sunt insertae, nonnullae vero in scriptis non habentur. Ista veritates non dicunt esse catholicas accipiendo vocabulum catholici stricte, sed dicunt eas sapere catholicam veritatem, quia videlicet ex veritate catholica stricte accipiendo catholicam veritatem et veris aliis inferuntur; et ideo dicunt quod large accipiendo veritates catholicas possunt veritates catholicae nuncupari. Et istas veritates quas dicunt sapere catholicam veritatem existimant ab omni fideli tenendas saltem implicite.

Adhuc sunt aliae veritates quas dicunt solummodo in facto existere. Cuiusmodi sunt veritates de gestis ecclesiae et sanctorum quae in gestis, cronicis, et historiis fide dignis habentur, quas etiam asserunt a fidelibus minime respuendas.

Ex his omnibus isti concludunt quod multae sunt veritates catholicae quae nec in scriptura sacra continentur explicite nec ex solis contentis in ea possunt inferri. Multae etiam sunt veritates aliae quas oportet certa credulitate tenere.

Capitulum 3

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 51 gestis¹] gestibus Bb 52 concluditur] videtur Ly 53 tenuit] beatus *added* Bb Ly 53–54 augustinus] fuit et *added* Bb Ly 54 reputanda] putanda Ly 54–55 catholicum] reputandum *added* Ly 58 non fuerint] non fuerunt Ly 59 fuerint] fuerunt Bb Ly 60 veris ... patenter] veri quod nunc concludi patenter Bb, veris evidenter possunt concludi Ly 62 insertae] inserto Bb 62 scriptis] scripturis Ly 63 non dicunt] dicunt non Ly 63 catholici] catholicae Ly 64–65 quia ... veritatem] *omitted* Ly 66 et¹] etiamsi ex Ly 66 aliis] alii Bb 66 inferuntur] inferantur Ly 66 ideo] ut *added* Ly 66 quod] *omitted* Ly 71 existere] consistere Ly 76 inferri] et *added* Ly 77 credulitate] fide Bb Ly

Probatur secunda sententia de 6 gradibus veritatum catholicarum 5 rationibus Ox

Discipulus: Satis diffuse narrasti istam secundam sententiam, sed vellem scire an pro ipsa aliqua auctoritates vel rationes valeant allegari, ad probandum scilicet quod oporteat ad salutem firma credulitate adhaerere aliquibus veritatibus quae nec in literis sacris habentur nec ex solis contentis in eis necessario argumento possunt inferri. Utrum autem tales veritates stricte loquendo catholicae debeant reputari non curo quod investiges.

Magister: Assertio de qua interrogas multis auctoritatibus et rationibus videtur posse probari. Hoc enim Innocentius tertius, ut habetur Extra, De celebratione missarum, c. *Cum Marthae*, testari videtur. Ait enim: “Multa tam de verbis quam de factis dominicis invenimus ab evangelistis omissa, quae apostoli vel supplevisse verbo vel facto expressisse leguntur”. Et infra: “Credimus igitur quod formam verborum, sicut in canone reperitur, et a Christo apostoli et ab ipsis eorum acceperunt successores”. Ex his verbis colligitur quod quamvis forma conficiendi sacramentum eucharistiae nequaquam reperiatur secundum se totam in scriptura divina, tamen quod illam formam Christus tradiderit est credendum.

Hoc etiam beatus Augustinus, sicut allegatum est supra, expresse sentire videtur, cum dicit, “Palam est quod in re dubia ad fidem et certitudinem valeat catholicae ecclesiae auctoritas, quae ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et tot populorum consensione firmatur”. His verbis datur intelligi, ut videtur, quod ad fidem faciendam sufficit auctoritas ecclesiae absque scriptura divina.

Item, Agato papa, ut legitur dist. 19, c. *Sic omnes*, ait, “Sic omnes apostolicae sedis sanctiones accipiendae sunt, tanquam ipsius divina voce Petri firmatae”. Ex quibus verbis datur intelligi quod omnes sanctiones apostolicae sedis sunt eiusdem auctoritatis cum scripturis beati Petri, quae inter scripturas divinas censentur. Ergo eis fides aequaliter est praebenda. Sed in sanctionibus apostolicae sedis veritates plures habentur quae in scripturis divinis minime

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 4–5 firma credulitate] omitted Bb Ly 6 ex] in Bb 12 quam] tam Vc 13 supplevisse] supplesse Ly 14 verbo] Fb: omitted Bb Ly Vc 14 infra] idem added Ly 16 acceperunt] susceperunt Vc 16 his] quibus Bb Ly 23 ad] in Ly 25 consensione] assertione Ly, confessione Vc 26 sufficit] sufficeret Ly 28 legitur] habetur Bb Ly Vc 31 eiusdem] eidem Bb 33 aequaliter] aliquid Vc

10–16 col. 6378 20 supra: 1.4.21 28–30 col. 60

sunt insertae. Ergo pluribus aliis veritatibus est firmiter adhaerendum. 35

Item Nicolaus papa, ut habetur dist. 22, c. 1, ait, “Qui autem Romanae ecclesiae privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in haeresim labitur”; et parum post, “Hic est dicendus haereticus”. Ex quo datur intelligi quod qui non vult haereticus reputari necessario credere debet quod Romana ecclesia super omnes alias ab ipso Christo primatum accepit, de quo tamen in scriptura divina nulla fit mentio. Ergo veritates aliquae sunt credendae licet ex scripturis sacris inferri non possint. 40 45

In fulcimentum autem assertionis eiusdem isti rationes adducunt, quarum prima ducit ad inconveniens, quia, si solis scripturis divinis et his quae ex solis contentis in eis possunt inferri adstringerentur Christiani fidem indubiam adhibere, sequeretur quod negare liceret apostolos symbolum condidisse, beatum Petrum Romanum pontificem fuisse, sedem beati Petri de Antiochia Romam fuisse translata, Romanos pontifices beato Petro successisse, cum de his in scripturis divinis nihil legatur. Has tamen veritates universalis ecclesia hactenus tenuit, predicavit, et docuit, et per consequens ecclesia universalis errasset, quod omnis catholicus pro inconvenienti debet habere. 50 55

Secunda ratio est haec. Non minus catholici tenentur determinationibus et diffinitionibus Romanorum pontificum, cum nihil contra fidem diffiniunt orthodoxam, credulitate indubia assentire quam astringantur eorum statutis, quando nihil contra Dei voluntatem praecipiant, obedire. Sed omnibus statutis Romanorum pontificum, quando nihil contra Dei praecipiant voluntatem, oportet cum omni humilitate et reverentia obedire, sicut per sacros canones—ut habetur dist. 12 c. 1, et c. *Praeceptis*, et alibi in decretis capitulis innumeris—constat aperte. Ergo determinationibus et diffinitionibus Romanorum pontificum, quando constat eos nihil contra fidem diffinire catholicam, oportet certissime adhaerere. Sed Romani pontifices multas veritates quae ex solo canone confirmato probari non possunt diffiniunt firmiter esse te- 60 65

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 42 quod] *omitted* Bb 43 in] *sacra added* Ly 43 divina] *omitted* Ly 44 ex] in Vc 52 beato] *omitted* Ly 54 predicavit] probavit Ly 56 catholicus] ecclesiasticus *added* Ly 56 inconvenienti] convenienti Bb 59 orthodoxam] catholicam Bb Ly 59–60 assentire] adhaerere Bb Ly 60 astringantur] *omitted* Ly 64 ut] *omitted* Ly 64 et¹] *omitted* Bb, etiam *added* Ly

70 nendas. Ergo de necessitate salutis oportet nonnullis veritatibus
 quae ex solis scripturis divinis probari non possunt fidem indu-
 biam adhibere.

Discipulus: Affecto scire an isti assertores ponant exemplum
 de aliqua veritate quae firmiter sit tenenda quae tamen nec in
 75 scripturis divinis habetur nec ex solis scripturis illis potest aperte
 probari.

Magister: Multa exempla eorum iam tibi monstravi, videlicet
 quod apostoli symbolum condiderunt, quod beatus Petrus fuit Ro-
 manus episcopus, quod sedes beati Petri de Antiochia fuit tran-
 80 slata Romam, quod beato Petro Romani episcopi successerunt.
 Aliud etiam ponunt exemplum de primatu Romanae ecclesiae,
 de quo in divina scriptura nulla fit mentio, quia, licet de primatu
 beati Petri scriptura sacra expresse loquatur, quod tamen beatus
 Petrus Romanam rexit ecclesiam in eadem scriptura minime repe-
 85 ritur, et ita de primatu Romanae ecclesiae nihil per solam eandem
 scripturam potest ostendi, et tamen firmiter tenere debemus quod
 Romana ecclesia primatum habet super alias ecclesias universas.

Discipulus: De isto primatu Romanae ecclesiae supersede quia
 de ipso postea aliquas tibi quaestiones movebo. Sed si isti asser-
 90 tores in aliqua alia ratione se fundant enarra.

Magister: Adhuc aliis rationibus satagunt se munire. Unde
 tertia ratio eorundem est ista. Non in minori reverentia et ho-
 nore debet haberi apostolorum doctrina quam eorum canones et
 statuta; sed canones et statuta apostolorum, sive ea in scriptis re-
 95 dederint sive solo verbo ipsa servari mandaverint, firmiter sunt
 servanda; ergo et omnes veritates quas scripto vel verbo aposto-
 li docuerunt tanquam verissimae sunt habendae. Apostoli autem
 quamplurima docuerunt quae in scriptis minime reliquerunt; ergo
 aliquae veritates quae in scripturis canonicis non habentur veris-
 100 simae sunt censendae, quibus per consequens oportet adhaesione
 certissima consentire.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 70 nonnullis] non solis ulli Bb
 75 scripturis²] divinis *added* Ly 79 episcopus] pontifex Bb Ly 80 episcopi]
 pontifices Bb Ly Vc 81 primatu] principatu Ly 82 primatu] papatu Ly
 85 primatu] papatu Bb Ly 87 primatum] papatum Ly 88 isto] illo Bb Ly
 88 primatu] papatu Ly 91 satagunt] satagant Ly 92 eorundem] eorum
 Ly 94 ea] quae *added* Ly Vg 94 scriptis] scripturis Ly 94–95 redederint]
 redederunt Ly 95 verbo] quae *added* Ly 95 ipsa] ipsi Ly 95 mandaverint]
 mandaverunt Ly 98 quamplurima] plurima Bb Ly 98 scriptis] scripturis
 Ly 99 scripturis] scriptis Bb

Quarta ratio eorum est haec. Universalis ecclesia non potest errare, ipsa veritate testante, quae ait apostolis Matthaei ultimo, “Vobiscum sum usque ad consummationem seculi”, quae etiam pro fide Petri rogavit ne unquam deficeret. Imo quicumque diceret ecclesiam universalem errare in articulum fidei sanctam ecclesiam catholicam vehementer impugnaret. Ecclesia autem universalis multas praedicat veritates quae nec in scripturis divinis habentur nec ex solis eis possunt inferri, sicut per exempla priora patet. Ergo et huiusmodi veritates firmiter sunt credendae.

Quinta ratio est haec. Non minoris auctoritatis sunt scripta summorum pontificum et sanctorum doctorum quae pro sanis dogmatibus conscripserunt quam sint quaecumque chronicae et historiae, sive infidelium sive fidelium, quae extra scripturam sacram habentur. Sed omnino fatuus censeretur qui omnes cronicas et historias extra canonem Bibliae reprobaret vel eas diceret minime approbandas: tunc enim liceret omnia quae narrantur de summis pontificibus, imperatoribus, regibus, regnis et aliis quibuscumque, quae non inveniuntur in Biblia, respuere et negare, quod inconueniens est censendum. Ergo multo magis scriptis summorum pontificum et sanctorum quae pro sanis dogmatibus conscripserunt est firmiter inhaerendum; in scriptis autem eorum plures veritates quae non reperiuntur in Biblia inseruntur; ergo et tales veritates sunt firmiter credendae.

Discipulus: Rationes et auctoritates quas pro secunda sententia adduxisti fortes mihi videntur. Et quamvis nolim quod in toto hoc opere manifestes quae est tua assertio quando contraria recitas et adversa, unum tamen in generali cupio scire, an scilicet quando illam assertionem quae tua est rationibus et auctoritatibus munire conaris, existimes omnes rationes et auctoritates quas allegas conclusionem tuam demonstrative probare.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 102 eorum] *omitted* Ly 106 articulum] articulo Ly 106 fidei] in *added* Ly 107 impugnaret] impingeret Bb Ly Vc 109 priora] praetacta Ly 110 et] *omitted* Ly 110 credendae] tenendae Ly 112 sanis] suis Ly, sanctis Bb 114 sive fidelium] *omitted* Bb 115 censeretur] censetur Ly Vc 117 omnia] ea Ly 117 narrantur] enarrantur Ly 119 quae] qui Ly 121 sanis] suis Ly 122–124 est ... credendae] quae non inveniuntur in Biblia est firmiter adhaerendum Bb Ly 124 credendae] censendae Vc 127 est] sit Ly 127 contraria] contrarias opiniones Bb Ly 128 adversa] adversas Bb Ly 128 unum tamen] verumtamen Ly 131 allegas conclusionem] alligas questionem Bb

103–104 Matthew 28:20

Magister: Pro sententia quam reputo veram motiva quandoque demonstrativa, interdum probabilia tantum, nonnunquam vero solummodo apparentia, propter alios exercitandos aut probandos seu tentandos allego.

Capitulum 4

Discipulus: Modus iste valde mihi placet, quia per hoc saepe scientiam inflatorum experiar. Porro, cum quaesivi quibus veritatibus oporteat firmiter assentire, super quo diversas sententias retulisti, quarum prima habet consequenter dicere quod solummodo scriptoribus sacrarum literarum fides firmissima est adhibenda, secunda vero, quae magis mihi placet, concedere debet quod etiam aliis est credendum, ideo nunc interrogo quibus auctoribus praeter scriptores Bibliae est credendum.

Magister: Ad interrogationem tuam a diversis diversimode respondetur. Quidam enim dicunt quod universis conciliis generalibus et omnibus summis pontificibus in his quae diffiniuntur esse credenda, et omnibus sanctis scripturae sacrae tractatoribus credere est necesse, licet ea quae dicunt per sacram scripturam nequeant demonstrare. Pro hac assertione videtur facere quod legitur dist. 15 c. 1, ubi de conciliis generalibus recipiendis habetur aperte, et etiam c. *Sicut* et c. *Sancta Romana*. De assertionibus vero summorum pontificum recipiendis habetur dist. 19, c. *Si Romanorum* et in pluribus aliis. De traditionibus autem sanctorum habetur dist. 15, c. *Sancta*.

Alii vero praedictae assertioni non usquequaque consentiunt, asserentes quod, licet assertionibus generalium conciliorum sit

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 133 nonnunquam] nunquam Bb 133–134 vero] *omitted* Ly 134 alios] aliquos Ly 134 exercitandos] exercitando Bb 3 quaesivi] quaesiverim Bb Ly 4 sententias] opiniones Bb, opiniones diversorum Ly 5 retulisti] reserasti Ly, recitasti duas Bb 5 consequenter] convenienter Vc 5 dicere] *omitted* Bb 8 quod etiam] etiam quod aliquid aliud Ly 8 aliis] *omitted* Ly 8–9 ideo ... credendum] *omitted* Bb Ly 11 quod] *omitted* Ly 12 diffiniuntur] diffiniunt Bb Ly 13 credenda] credendum Bb Ly 14 est] esse Ly 14 dicunt] dicantur Ly, dicant Bb 15 facere] esse Ly 17 sicut ... c²] *omitted* Bb 18 vero] *omitted* Ly 20 sancta] sanctam Ly

16 col. 34 17 col. 35 17 col. 35 18–19 col. 58 20 col. 35

Allegatur quibus auctoritatibus praeterquam scriptoribus Bibliae est credendum necessario, et quo ad doctrinam sanctorum ponuntur due quaestiones fundamentales, Declaratur et quare opera sanctorum approbata et haereticorum reprobata dicuntur Ox

universaliter adhaerendum, licet etiam multis decretis seu decretalibus ac diffinitionibus Romanorum pontificum ac pluribus opusculis sanctorum doctorum pro eo quod omnia quae inveniuntur in eis constat esse consona catholicae veritati oporteat catholicos consentire, non tamen eo ipso quod Romani pontifices vel sancti tradunt aliquid esse credendum est hoc tanquam consonum veritati necesse accipere. 25

Discipulus: De generalibus conciliis et summis pontificibus intendo postea aliqua ad materiam istam spectantia indagare, et ideo hic nihil loquaris de ipsis. Sed de sanctis obsecro resera quid praedicti sentiunt assertores. 30

Magister: De sanctis duas conclusiones affirmant, quarum prima est quod non eo ipso quod aliquis sanctus aliquid opinatur esse credendum est a cunctis fidelibus tanquam **check** veritati consonum approbandum. Secunda est quod non omnibus sententiis quae inveniuntur in sanctorum opusculis iam per ecclesiam divulgatis est firmiter adhaerendum. 35

Prima conclusio probatur auctoritatibus sancti Augustini quae ponuntur dist. 9, c. *Noli* et c. *Negare* et c. *Ego* et c. *Quis nesciat* et c. *Noli* et c. *Neque*, in quibus manifeste asserit Augustinus quod nonnulla in opusculis sanctorum et suis inserta licet fidelibus iusto iudicio absque omni temeritate culpae. 40

Hoc etiam ratione moliuntur ostendere. Nam non est necesse putare aliquid esse verum propter hoc, quod illi qui possunt errare hoc sentiunt, nam propter solam aestimationem illorum qui possunt approbare falsum pro vero non est eo ipso aliquid approbandum pro vero quod tales sic sentiunt. Sed sancti stante sanctitate possunt errare, etiam contra catholicam veritatem. Ergo propter hoc quod sancti aliquid sentiunt esse verum non est necesse putare illud idem esse verum. Maior est aperta; minor exemplo et ratione probatur. Exemplo, inquam, de beato Augustino, 50

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 23 seu] etiam added Ly 24 diffinitionibus]
summorum added Ly 28 credendum] tenendum Ly; tenendum added Bb
28 hoc] huiusmodi Bb Ly 37 est] conclusio Ly 40 sancti] omitted Ly;
beati Bb 41–42 quis ... c¹] omitted Bb Ly 42 noli] sunt added Vc 42 et
c²] omitted Bb 44 iudicio] modo Ly 46 putare] punire Bb 48 approbare]
asserere Bb Ly 49 approbandum] asserendum Ly 49 quod] quia Bb Ly
50 etiam] omitted Bb 51 propter] omitted Ly 51–52 necesse] omitted
Ly 52 putare ... verum] efficaciter adhaerendum Ly 53 inquam] quidem
Bb Ly

41 col. 17 41 col. 17 41 col. 17 41 col. 17 42 col. 18 42 col. 18

55 qui sanctus existens plurima scripsit et docuit contra catholicam
 veritatem quae et postmodum revocavit. Hoc etiam ratione pro-
 batur. Nam error qui pertinaciam non habet annexam non obviat
 sanctitati. Sed contingit aliquem errare contra catholicam verita-
 tem absque omni pertinacia. Ergo non est inconueniens affirmare
 60 sanctos stante sanctitate posse errare contra catholicam verita-
 tem; et ita non est necesse omnibus quae sancti dicunt firmiter
 adhaerere.

Secunda conclusio quam isti tenent est quod nec etiam om-
 nibus sententiis quae in sanctorum opusculis iam per ecclesiam
 divulgatis reperiuntur est firmiter adhaerendum, quod sic probare
 65 nituntur. Nemo debet contrariis assentire; sed sancti in suis ope-
 ribus iam per ecclesiam divulgatis inter se inveniuntur contrarii,
 etiam in his quae ad fidem et doctrinam apostolicam pertinere
 noscuntur. Nam, ut habetur dist. 26, circa doctrinam beati Pau-
 li dicentis quod oportet episcopum esse unius uxoris virum (id
 70 est non plurium), Hieronymus et Augustinus sententias contra-
 rias protulerunt. Hinc est quod glossa, dist. praedicta, c. 1, dicit:
 “Male sensit hic Hieronymus; unde Augustinus eum corrigit in
 proximo capitulo”.

Isti etiam sancti, sicut patet in eorum epistolis, et recitat glossa
 75 ad Galatas 2, de reprehensione qua beatus Paulus dicit beatum
 Petrum fuisse reprehensibilem contraria sentiebant.

Beatus etiam Cyprianus de baptismo haereticorum aliter quam
 beatus Augustinus sensit; unde et beatus Augustinus eundem sanc-
 tum Cyprianum redarguit. Loquens enim de sancto Cypriano et
 80 aliis, ut habetur De consecratione, dist. 4, c. *Quomodo*, ait, “Non
 ob aliud visum est quibusdam etiam egregiis viris et antistibus
 Christi, inter quos praecipue beatus Cyprianus eminebat, non es-
 se posse apud haereticos vel schismaticos baptismum Christi, nisi
 quia non distinguebant sacramentum ab effectu vel usu sacramen-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 55 quae] quorum Ly 55 et]
 aliqua Ly 58 omni] omitted Bb Ly 58 inconueniens] conueniens Vc
 59–60 veritatem] absque pertinacia added Ly 62–65 quam ... nituntur]
 probatur Bb Ly 65–66 operibus] opusculis Bb Ly 66 inveniuntur] in-
 veniunt Bb 69–70 id est] et Bb Ly 72 sensit] sentit Ly 73 proximo
 capitulo] omitted Bb Ly 74 sancti] multi added Ly 75 2] 11 Bb Ly
 75 dicit] dixit Ly 76 fuisse] esse Ly 78 sensit] scripsit Bb Ly 83 nisi]
 ubi Ly 84 distinguebant] distinguebat Bb Ly

71–73 Gloss, s.v post baptismum, col. 128 74–75 **REFERENCE?** 80–87
 col. 1377

ti, et quia eius sacramenti effectum atque usum in liberatione a peccatis et cordis rectitudine apud haereticos non inveniebant, ipsum quoque sacramentum illic non esse putabant”. Haec est sententia Cypriani de sacramentis haereticorum, cuius contrarium Augustinus ibidem asserit. 85

Manifeste ergo sancti circa sacramenta ecclesiae contraria dogmatizant. Hinc dist. 32 § *Ad hoc vero* legitur, “Sciendum vero est quod canones apostolorum, quorum omnium auctoritate orientalis et ex parte utitur romana ecclesia, etiam insignis martyr Cyprianus et 80 episcopi cum eodem baptisma haereticorum lavacrum diaboli appellant. Stephanus vero et Cornelius, martyres et pontifices Romani, et venerabilis Augustinus in libro de baptimate, eundem Cyprianum et praefatos episcopos ob hanc causam vehementer redarguunt, affirmantes baptisma sive ab haeretico sive a schismatico ecclesiastico more traditum vel celebratum esse ratum”. Ex his colligitur quod Cyprianus et Augustinus de sacramentis ecclesiae contraria tradiderunt, quae etiam reperiuntur in scriptis eorum, sicut ex praedictis et capitulo eiusdem Cypriani quod habetur 1, q. 1, c. *Si quis* patet aperte. Non igitur omnibus assertionibus in operibus sanctorum inventis debet catholicus adhaerere. 90 95 100 105

Discipulus: De sanctorum libris tam aperte probasti quod non sunt in omnibus approbandi quod nequeo dissentire. Ex quo sequi videtur quod nihil auctoritatis remansit in eis, quia, **REFERENCE?** sicut instrumenta ita etiam scripturae, quaecumque quae in parte inveniuntur falsae in totum reprobantur, vel saltem suspectae redduntur. Unde et de scripturis sacris, ut habetur dist. 9, c. *Si ad scripturas*, asserit Augustinus quod si ad eas admissa fuerint vel officiosa mendacia nihil auctoritatis remanebit in eis. Dic ergo 110

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 85 eius ... effectum] sacramentum Bb Ly 85 atque] eius *added* Ly 86 inveniebant] inveniebat Ly 87 putabant] putabat Ly 87 haec] autem *added* Ly 89 ibidem] dicit et *added* Ly 91 32] 33 Ly, 22 Bb 91 § ad ... vero¹] c. adhuc sciendum Ly, para. verum sic Bb Vc 91 est] *omitted* Ly 92 apostolorum] apostolicorum Bb Vc 92 orientalis] ecclesia *added* Ly 93 ecclesia] *omitted* Ly 93 etiam] et Ly 94 80] omnes Ly 94 baptisma] baptismum Bb Ly 95 appellant] appellat Ly, appellabant Vc 98 redarguunt] redarguerunt Ly, redarguit Bb 99 vel] sive Bb Ly 100 quod] quam Ly 100–101 sacramentis] sacramento Ly 102 scriptis] scripturis Bb Ly 106 tam] *omitted* Vc 107–108 sequi videtur] sequitur Ly 109 quae] *omitted* Bb Ly 112 scripturas] sacras *added* Ly

91–100 col. 119 103 col. 382 111–113 col. 17

115 quomodo isti respondent ad illud quod de approbatione opusculo-
rum sanctorum, inter quae etiam opuscula Cypriani et Augustini
et Hieronymi numerantur, dist. 15 legitur manifeste.

Magister: Dicunt isti quod non omnia opuscula sanctorum
quantum ad omnia contenta in eis sunt per ecclesiam approbata.
120 Constat enim quod in libris beati Augustini multa inveniuntur
contraria veritati, quae etiam ipse postmodum retractavit, et ita
illa minime approbantur; et sicut est de libris beati Augustini ita
est de libris multorum aliorum sanctorum quod, nequaquam quo
ad omnia approbantur. Omnes tamen libri sanctorum de quibus in
distinctione praedicta fit mentio approbantur quo ad omnia quae
125 nec per auctorem nec per alios sunt correcta.

Discipulus: Isto modo liceret approbare libros quorumlibet
haereticorum, quia liceret approbare libros eorum quo ad omnia
quae per catholicos minime sunt correcta. Omnem enim veritatem
est licitum approbare.

130 **Magister:** Dicunt isti quod non est simile de libris haeretico-
rum et libris sanctorum, quia in libris haereticorum falsa princi-
paliter pertractantur et asseruntur; pauca autem vera inveniuntur
inserta. In libris vero sanctorum vera principaliter intenduntur, et
pauca reperiuntur contraria veritati; et ideo propter pauca inutilia
135 non sunt tanta utilia respuenda.

Discipulus: Adhuc explica mihi an isti putent omnes veritates
in libris sanctorum inventas catholicas esse censendas.

Magister: Nullatenus arbitrantur omnes veritates tractatas in
libris sanctorum esse catholicas. Unde dicunt quod sancti aliqua
140 tanquam catholica, quaedam autem tanquam necessaria non ad
fidem spectantia, nonnulla vero tanquam probabilia tradiderunt;
et hoc ultimum ex auctoritatibus Augustini quae dist. 9 ponuntur,
scilicet c. *Noli* et c. *Negare* et c. *Neque* probatur aperte. Cui
etiam concordat Anselmus, lib. 1, *Cur Deus Homo*, dicens, “Eo

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 114 illud] id Vc 116 numerantur] ■
prout added Vc 120 retractavit] revocavit Ly 122 quod] qui Ly 124 quo] ■
quod Vc 125 auctorem] auctoritatem Ly 127 quia ... eorum] libros hae-
reticorum approbares Ly 131 et] de added Bb Ly 132 pertractantur] trac-
tantur Ly 133 intenduntur] intendunt Bb 134 reperiuntur] inveniuntur Vc
136 adhuc] omitted Bb Ly 136 putent] putant Bb Ly 141 probabilia]
probata Ly 141 tradiderunt] omitted Vc; added Vcm 142 et] omitted Ly
142 ultimum] ulterius Ly 143 probatur] etiam added Ly 144 concordat]
aperte added Vc 144–145 “eo ... quo] de peccato quod Ly

116 dist. 15, c. 3, § 2, 11, 12, cols. 367 142–143 col. 17 143 col. 17 143
col. 18 144–149 PL, vol. 158, col. 363

pacto quo omnia quae dico sic volo accipi, videlicet ut si quid 145
dixero quod maior non confirmet auctoritas, quamvis illud ratione
probare videar, non alia certitudine accipiatur, nisi quod interim
ita mihi videtur donec Deus mihi melius aliquo modo revelet”
. Ex quibus verbis colligitur quod Anselmus nonnulla tanquam
probabilia solummodo dicere intendebat. 150

Capitulum 5

Discipulus: Ex his quae narrasti magnam occasionem cogitan-
di mihi dedisti de ipsis, tamen plura quaerere nunc nequaquam
intendo. Sed quot generibus veritatum oporteat Christianos ca-
tholicos assentire, secundum sententiam praedictorum, absque 5
omni probatione tibi placeat indicare.

Magister: Tenent isti quod quinque sunt genera veritatum qui-
bus non licet christianis aequaliter dissentire. Primum est earum
quae in scriptura sacra traduntur vel ex eis argumento necessario
possunt inferri. Secundum est earum quae ab apostolis ad nos 10
per succedentium relationem vel scripturas fidelium pervenerunt,
licet in scripturis sacris non inveniuntur insertae nec ex solis eis
possint necessario argumento concludi. Tertium est earum quas
in fide dignis cronicis et historiis vel relationibus fidelium inve-
nimus. Quartum est earum quae ex veritatibus primi generis et 15
secundi tantummodo vel ex eis, vel alterius earum, una cum ve-
ritatibus tertii generis possunt manifeste concludi. Quintum est
earum quas Deus praeter veritates revelatas apostolis aliis revela-
vit vel etiam inspiravit aut noviter revelaret vel etiam inspiraret,
quae revelatio vel inspiratio ad universalem ecclesiam absque du- 20
bitatione pervenit vel etiam perveniret.

Discipulus: Quamvis non intenderim de istis te amplius mo-
lestare, quia tamen unum genus veritatum de quibus nullus du-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 145 videlicet] *omitted* Ly 146 confirmet] ■
confirmat Bb Ly Vc 148 ita] *omitted* Bb Ly 148 aliquo modo] *omitted* Bb
Ly 150 intendebat] etc *added* Ly 2 his] verbis istis Ly 2 occasionem]
omitted Bb 4 veritatum] veritatis Bb Ly 4 oporteat] oportet Bb Ly 8 christianis] ■
christianos Vc 8 aequaliter] aliter Ly 8 earum] eorum Bb 9 traduntur]
dicuntur Ly 12 insertae] inserta Bb 13 possint] possunt Ly Vc 14 vel]
omitted Ly 16 vel¹] quae *added* Ly 19 aut] ac Ly 23 veritatum ...
quibus] veritatis de quo Bb Ly

5 praedictorum: 2.2

Ponuntur quinque genera virtutum catholicarum quibus non licet christianis
contrario dissentire Ox

25 bitat catholicus omisisti edissere, quare isti inter alias veritates
 illas quae in decretalibus et diffinitionibus ecclesiae reperiuntur
 nequaquam enumerant?

Magister: Ideo de illis veritatibus mentionem non faciunt spe-
 cialem quia putant quod ecclesia rite procedens nullam veritatem
 determinat aut diffinit nisi in scriptura sacra aut traditionibus apo-
 30 stolorum aut cronicis, historiis, vel revelationibus indubitabilibus
 fidelium vel in his quae sequuntur ex praedictis aut aliquo prae-
 dictorum vel in revelatione seu inspiratione divina modo debito
 manifestata valeat se fundare. Et ideo omnes veritates quas de-
 terminat aut diffinit ecclesia sub aliquo quinque generum prae-
 35 factorum comprehendi noscuntur.

Discipulus: Illa quae refers urgent me contra propositum prae-
 conceptum interrogare. Quid de approbatione canonis Bibliae et
 aliorum librorum postea conscriptorum ac omnium aliorum quae
 ecclesia noscitur approbare assertores sentiunt memorati?

40 **Magister:** Hoc pro certissimo tenent quod non est in potestate
 ecclesiae quaecumque ad placitum approbare vel etiam improba-
 re, sed ecclesia rite approbando quaecumque in aliquo praedic-
 torum quinque generum veritatum se fundavit. Unde et probatio-
 nem quantum ad rem, licet quantum ad nomen, a determinatione
 45 vel diffinitione in proposito non discernunt.

Capitulum 6

Discipulus: De veritatibus catholicis nonnulla quaesivi. Nunc
 vero ad haereses eis contrarias transeamus. In primis autem af-
 fecto scire si diffinitionem haeresis datam ab aliquo invenisti.

5 **Magister:** Quidam diffiniunt vel describunt haeresim, dicen-
 tes quod haeresis est dogma falsum fidei contrarium orthodoxae.
 In qua descriptione loco generis ponitur “dogma falsum”, quia
 omnis haeresis est dogma falsum sed non omne dogma falsum
 debet haeresis reputari. Quod enim omnis haeresis sit dogma fal-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 24 edissere] edicere Ly 24 alias
 aliquas Ly 25 decretalibus] determinationibus Bb Ly 25 et] *omitted*
 Bb 26 enumerant] enudant Bb 27 ideo] *omitted* Ly 31 in] *omitted*
 Bb Ly 33 manifestata] manifesta Bb Ly 33 valeat] valeant Bb Ly Vc
 41–42 improbare] reprobare Bb Ly 43 et] ad Ly 43–44 probationem]
 approbationem Ly 45 discernunt] etc *added* Ly 2 veritatibus] theologicis
 seu *added* Bb Ly 9 enim] autem Ly

Diffinitur quid sit hec haeresis et quomodo a scismate distinguitur Ox

sum beatus Hieronymus, ut habetur 24, q. 3, c. *Inter haeresim*, 10
 testatur aperte dicens, “Haeresis perversum dogma habet”. Dog-
 ma autem perversum est dogma falsum; haeresis ergo est falsum
 dogma. Sed non omne dogma falsum est haeresis, nam secundum
 Augustinum in Enchiridion, in multis rebus errare nullum aut mi- 15
 nimum est peccatum, sed haeresis, sicut infidelitas, gravissimum
 est peccatum; ergo non omnis error est haeresis. Ex quo con-
 cluditur quod non omne dogma falsum est haeresis, cum omnis
 error dogma falsum sit censendum. “Dogma” ergo “falsum” in
 descriptione haeresis loco generis non incongrue ponitur, secun- 20
 dum istos. “Fidei” autem “contrarium orthodoxae” ponitur loco
 differentiae. Per hoc enim ab aliis falsis quae non sunt haereses
 convenienter haeresis est distincta, nam alia dogmata falsa non
 sunt contraria fidei orthodoxae, et ideo haereses minime nuncu-
 pantur.

Capitulum 7

Discipulus: Ex verbis beati Hieronymi allegatis moveor ad
 quaerendum an beatus Hieronymus, cum dicit “haeresis perversum
 dogma habet”, intenderit diffinitionem aut descriptionem
 haeresis assignare. 5

Magister: Dicunt illi quorum ad praecedentem interrogatio-
 nem sententiam recitavi quod large accipiendo “perversum” pro
 omni qualicumque pernicioso seu nocivo beatus Hieronymus non
 intendit ibi haeresim diffinire; multa enim sunt dogmata pernicio- 10
 sa quae haereses nullatenus sunt censenda. Si autem “perversum”
 accipiatur magis stricte pro illo quod est perniciosum in doc-
 trina religionis, quemadmodum secundum beatum Augustinum
 unum genus mendacii est quod invenitur in doctrina religionis,
 sic potest concedi quod beatus Hieronymus ibi intendit descrip-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 10 haeresim] Fb: scisma Bb
 Vc 15–16 sed ... peccatum] omitted Vc 18 censendum] censendus
 Bb Ly 19 loco ... incongrue] pro genere Bb Ly 22 alia] aliqua Ly
 23 orthodoxae] catholicae Bb Ly 1 capitulum 7] Av Bb Fr Ox Pz Vc Vf
 We: omitted Vg 5 haeresis] omitted Ly 8 omni] omitted Ly 10 censenda] 11
 censendae Bb Vc Vg 14 ibi] ibidem Bb Ly 14 intendit] intenderit Bb

10–11 col. 997 14–15 PL, vol. 40, col.243 13 Liber de mendacio, PL,
 vol. 40, col. 505

Quod sufficit dicere secundum Hieronymum haeresim esse dogma perversum si
 per perversum intelligatur perniciosum Ox

- 15 tionem haeresis assignare, quia sic “dogma perversum” accipitur
pro dogmate falso fidei contrario orthodoxae.

Capitulum 8

Discipulus: Libenter scirem an omnes concorditer reputent
haeresim praedicto modo describi debere.

- 5 **Magister:** Sunt quidam qui non putant haeresim taliter descri-
bendam, qui tali rationi inniti videntur. Multa dogmata falsa fidei
contraria orthodoxae fiunt noviter haereses quamvis non de novo
incipiant esse falsa fidei contraria orthodoxae; ergo priusquam
debeant haereses reputari sunt dogmata falsa fidei contraria or-
10 thodoxae; ex quo evidenter concluditur quod non omnia dogmata
falsa fidei contraria orthodoxae debent haereses reputari. Antece-
dens videtur evidens, quia multae sunt novae haereses quamvis
prius fuerint falsa dogmata fidei contraria orthodoxae. Urbanus
enim papa, ut habetur 24, q. 3, c. *Notandum*, ait, “Sanctus Augu-
15 stinus cum legatis sanctae Romanae ecclesiae et cum sanctis epi-
scopis suis Pelagium et Caelestinum novam haeresim in sanctam
Dei ecclesiam introducentes excommunicavit”. Ex quibus verbis
colligitur quod Pelagius et Caelestinus opinionem quae erat tunc
nova haeresis in ecclesiam induxerunt, et tamen illa opinio prius
fuit fidei contraria orthodoxae. Ergo illa opinio seu assertio prius-
20 quam esset haeresis fuit dogma falsum fidei contrarium ortho-
doxae, et ita illa non est descriptio convertibilis cum haeresi. Hinc
Gratianus 24, q. 1, § 1 ait, “Omnis haereticus aut iam damnatam
haeresim sequitur aut novam confingit”. Et glossa ibidem dicit,
“Tu dic indistincte quod sive veterem”, scilicet haeresim, “sive
25 novam sequatur, excommunicatus est, licet sit occultus”. Glossa
etiam ibidem ait, “Si scirem praelatum meum esse haereticum,
quia novam haeresim fingit, nec tamen praedicaret, si me excom-
municaret celebrarem in occulto”. Ex his habetur aperte quod

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 15 quia] et Ly 16 fidei] ca-
tholicae added Ly 1 capitulum 8] Capitulum 7 Ly 2 reputent] repu-
tant Ly 3 describi] scribi Vc; de added Vcb 7 incipiant] incipit Bb
10 debent] deberent Ly 18 induxerunt] introduxerunt Ly 18 illa] *omit-*
ted Bb 18 prius] *omitted* Vc 22 § 1²] c. 1 § omni enim Ly 23 dicit] sed
added Ly 24 quod] *omitted* Bb Ly Vc 26 ibidem] *omitted* Ly 26 ait]
dicit Ly

13–16 col. 1000 22–23 col. 966 23–25 s.v. quod autem, col. 1382 26–28
s.v. qui vero, col. 1382

Arguitur contra diffinitionem haeresis ex pluribus capitulis decreti Ox

fuerunt et possunt esse novae haereses quae tamen non sunt nova
falsa fidei contraria orthodoxae, et per consequens non omne fal- 30
sum fidei contrarium orthodoxae debet inter haereses computari.

Capitulum 9

Discipulus: His non obstantibus, diffinitio seu descriptio hae-
resis supradicta congrua mihi videtur, et ideo qualiter praedictis
obiectionibus respondetur indicare digneris.

Magister: Qui praedictam descriptionem assignant dupliciter 5
respondere conantur. Primo enim dicunt quod aliqua haeresis di-
citur “nova” non quia in rei veritate incipiat noviter esse haeresis,
sed quia noviter est asserta, illo modo loquendi quo aliquae verita-
tes, etiam necessariae, dicuntur esse novae non quin prius fuerint
veritates, sed dicuntur novae quia sunt noviter publice dogmati- 10
zatae. Tali etiam modo aliqui errores dicuntur esse novi non quin
prius fuerint in rei veritate errores, sed dicuntur novi quia novi-
ter sunt asserti. Et iste modus loquendi ex verbis Gelasii papae,
ut habetur 24, q. 1, c. 1, colligitur evidenter. Ait enim, “Acha- 15
tius non est factus inventor novi erroris, sed veteris imitator”.
Cui concordat Felix papa eisdem causa et quaestione c. Acha-
tius dicens “Achatius non fuit novi vel proprii inventor erroris ”.
Ex quibus verbis datur intelligi quod si Achatius fuisset primus
sui erroris assertor fuisset reputatus novi erroris inventor, et ta- 20
men idem error antea fuisset error censendus. Multi enim errores
antequam asserantur ab aliquo ab aliis non errantibus reproban-
tur, et per consequens antequam habeant assertorem seu defen-
sorem sunt errores censendi; et tamen, secundum unum modum
loquendi, si aliquis inciperet eos defendere, dicerentur novi er- 25
rores. Consimili etiam modo loquendi quidam Athenienses, ut
habetur Actuum 17, dicebant de beato Paulo, “Novorum daemo-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 1 capitulum 9] Capitulum 8 Ly
3 et] *omitted* Ly 5 praedictam] diffinitionem vel *added* Ly 6–7 dicitur]
noviter esse *added* Ly 8 illo] primo Ly 8 quo] quibus Ly 9 etiam
necessariae] necesse Ly 9 fuerint] fuerit Vc 10 publice] publicatae et
Ly 16 papa] in *added* Bb Ly Vg 16 eisdem ... quaestione] eisdem t. et
c. et q. Ly, eadem causa 2 q Vc 18–19 primus sui] *omitted* Ly 18 primus]
omitted Bb 20 fuisset] fuit Bb Ly 23 unum] istum Ly 25 consimili
etiam] et simili Ly

14–15 col. 966 16–17 c. 3, col. 966 26–27 Acts 17:18

Declaratur quomodo haeresis est ab antiquo dogma falsum et cum dicitur no-
vum Ox

niorum videtur annunciator esse”, appellantes “nova daemonia” non quia putabant quod antea non fuissent daemonia, sed quia putabant antiqua daemonia a Paulo noviter praedicari. Ita dicunt
 30 aliqui aliquas haereses vocari novas propter novitatem assertionis vel defensionis qua aliquis eas noviter asserit vel defendit, quae tamen prius in rei veritate fuerunt haereses reputandae.

Aliter respondent praedictis, ut dicunt, minime obviando, quod quemadmodum, ut notatur in glossa, Extra, De summa trinitate
 35 et fide catholica, c. 1, fides aliquando “dicitur credulitas secundum quam credimus quod non videmus”, et “alio modo dicitur collectio articulorum” fidei, licet etiam dicatur aliis sex modis, ut habetur ibidem, sic tam error quam haeresis potest dupliciter dici. Potest enim error uno modo dici actus vel habitus quo quis
 40 errat, alio modo ipsum obiectum talis habitus vel actus errandi vocatur error. Haeresis etiam potest accipi uno modo pro actu vel habitu haeresis, alio modo dicitur obiectum talis habitus vel actus. Primo modo accipiendo haeresim, et consimiliter errorem, multae possunt esse novae haereses et novi errores quae vel qui
 45 antea haereses vel errores non fuerunt. Secundo modo accipiendo haeresim, non dicuntur novae haereses nisi quia noviter sunt assertae, sicut dictum est in responsione priori, et consimiliter de multis erroribus potest dici.

Capitulum 10

Discipulus: Ut mihi videtur pertractata difficultas de haeresibus novis magis est vocalis quam realis, et ideo circa ipsam non amplius immoreris. Sed an aliter obiiciatur contra descriptionem
 5 haeresis supradictam noli celare.

Magister: Per verba beati Hieronymi, quae ponuntur 24, q. 3, c. *Haeresis*, dicta descriptio improbari videtur. Ait enim, “Haeresis autem Graece ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam quam putat esse meliorem”. Ex

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 29 praedicari] et added Ly 31 qua] quia Vc 32 fuerunt] fuerit Bb 34 ut] omitted Bb Ly 35 aliquando] aliter Ly 40 actus] primo modo added Ly 41 etiam] enim Vc 48 dici] etc added Ly 1 capitulum 10] Capitulum 9 Ly 7 dicta] haeresis added Ly 8 quod] quid Bb 8 sibi] omitted Bb Ly Vc

35–37 **check**para. Quoniam omne, col. 5 5 supradictam: 6.5 6–9 col. 997

Arguitur contra diffinitionem haeresis, si dicatur ab electione, quia etiam eligitur veritas catholicae fidei Ox

quibus verbis duo dantur intelligi, quorum primum est quod ex quo haeresis ab electione dicitur nullum falsum antequam quis ipsum elegerit, opinari vel dogmatizare aut asserere debet inter haereses computari. Secundum est quod cum non solum infideles sed etiam catholici et fideles eligant disciplinam quam putant esse meliorem, non solum assertiones infidelium sed etiam assertiones catholicorum fidelium debent haereses appellari. Et ex utroque istorum concluditur quod descriptio haeresis saepe dicta est incongrue assignata.

Capitulum 11

Discipulus: Ista obiectio fortis mihi videtur, sed qualiter respondeatur ad ipsam non differas explicare.

Magister: Dicunt quod verba sanctorum sane intelligenda sunt, quorum intellectus saepe ex diversis dictis eorum accipi debet, et ideo non semper intelligenda sunt sicut in superficie sonant. Et ideo dicunt quod licet praedicta verba Hieronimi prima facie videantur praetendere quod ante electionem actualem nullum falsum debeat haeresis appellari et quod omnis disciplina quam quis putat meliorem, sive sit vera sive falsa, possit ad haeresim pertinere, non tamen sic intelligit Hieronymus. Nam Hieronymus, scribens praedicta verba super epistolam ad Galatas inter schisma et haeresim differentiam nititur assignare, dicens, “Inter schisma et haeresim hoc interesse arbitror, quod haeresis perversum dogma habet, schisma post episcopalem discessionem ab ecclesia pariter separat;” et parum post, “caeterum nullum est schisma nisi sibi aliquam haeresim confingat, ut recte ab ecclesia recessisse videatur”. Ex quibus verbis datur intelligi quod secundum beatum Hieronymum haeresis sine perverso dogmate contrario doc-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 10 verbis] *omitted* Bb 10 quorum] *omitted* Bb Ly 11 quis] *omitted* Bb Ly 15 esse] *omitted* Bb Ly 16 catholicorum] *omitted* Vc; et *added* Bb Ly 16 debent] deberent Vc 17 dicta] data Vc 18 assignata] etc *added* Ly 1 capitulum 11] Capitulum 10 Ly 4 dicunt] illi *added* Ly 5 debet] debent Ly 7 verba] beati *added* Ly 8 praetendere] praecedere Bb 9 quis] aliquis Bb 12 schisma] schismam Vc 13–14 differentiam ... haeresim] *omitted* Ly Vc 14 arbitror] arbitratur Ly 15 episcopalem] principalem Ly 15 discessionem] Fb: discessionem Ly Vc, aliter discessionem Vcm

11–18 col. 997 12 praedicta: 6.10

Respondetur quod haeresis dicitur ab electione doctrine contrarie discipline ecclesiae Ox

- 20 trinae ecclesiae minime invenitur. Quare verba Hieronimi cum
dicit, “Haeresis autem Graece ab electione” etc., de electione non
cuiuscumque disciplinae sed discipline falsae contrariae discipli-
nae ecclesiae debent intelligi, et non debent intelligi de electione
actuali, sed magis potentiali qua quis potest disciplinam falsam
25 contrariam disciplinae ecclesiae eligere quam putat meliorem.

Capitulum 12

- Discipulus:** Video quod verba Hieronymi sic intellecta prae-
dictae descriptioni haeresis non repugnant. Ex qua sequi videtur
quod omnes assertiones quae scripturae sacrae quomodolibet ad-
5 versantur sunt inter haereses computandae, sed an omnes Chri-
stiani hoc sentiant et affirmant ignoro. Quare si aliqui hoc non
sentiunt nequaquam occultes.

- Magister:** Fuerunt Manichaei qui vetus testamentum minime
receperunt; aliqui etiam haeretici multa in novo testamento re-
10 spuerunt.

- Discipulus:** Illi de quibus nunc loqueris fuerunt haeretici ab
ecclesia condemnati, de quibus non curo audire. Sed libenter co-
gnoscerem an sint aliqui catholici vel aliqui ab ecclesia nullatenus
condemnati qui non reputent omnes assertiones haereticas quae
15 sacrae scripturae quomodolibet adversantur.

- Magister:** Sunt quidam moderni dicentes quod multae sunt as-
sertiones quae in rei veritate adversantur scripturae divinae; quia
tamen ab ecclesia minime sunt condemnatae, non sunt inter hae-
reses numerandae: quemadmodum multae sunt veritates consonae
20 scripturae divinae; quia tamen non sunt per ecclesiam diffinitae
vel determinatae non sunt inter veritates catholicas computandae.
Sed postquam assertiones scripturae divinae contrariae fuerunt

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 21 dicit] dicitur Ly 21 electione¹] **■**
dicitur added Ly 21 non] omitted Bb 22 sed discipline] omitted Ly
22 falsae] sed added Ly 23 debent¹] debet Bb Ly 23 debent²] debet
Bb Ly 24 sed] etiam added Ly 1 capitulum 12] Capitulum 11 Ly
3 repugnant] repugnat Bb 6 sentiant] sentient Bb 7 nequaquam occultes
] enarra Ly 12 audire] omitted Ly 13 aliqui²] alii Bb Ly 17 quia]
quae Ly 18 condemnatae] damnandae Ly, damnatae Bb 18 non] nec
Ly 20 quia] quae Bb 20 diffinitae] distinctae Bb 22 contrariae] sunt
et added Ly 22 fuerunt] fuerint Bb

20–21 c. 27, col. 997

Utrum papa possit facere novum articulum fidei vel novam assertionem hae-
reticalem, et arguitur quod sic Ox

per summum pontificem condemnatae pro haeresibus sunt habenda-
dae, et veritates consonae scripturae divinae, postquam fuerint per
summum pontificem diffinitae seu determinatae, catholicae sunt
censendae. Propter quod dicunt quod papa potest facere novum
articulum fidei, et eadem ratione potest facere quod assertio quae
prius non erat haereticalis postea per condemnationem suam esse
haereticalis incipiat. 25

Discipulus: Haec opinio multis prioribus assertionibus quae
videbantur mihi probabiles apparet omnino repugnans. Ideo si in
rationibus vel auctoritatibus satagat se fundare declara. 30

Magister: In duobus, ut audio, praedicti se fundant, primo in
capitulo Alexandri tertii, Extra, De haereticis, *Cum Christus* ubi,
ut dicunt, fecit novum articulum, scilicet Christus est Deus et ho-
mo, quia ante tempora Alexandri praedicti licebat, ut dicunt, non
credere Christum esse Deum et hominem. Secundo fundant se in
constitutione Domini Iohannis *Cum inter nonnullos* in qua diffi-
nitur deinceps esse haeticum dicere Christum et eius apostolos
non habuisse aliquid nec in speciali nec in communi, et per con-
sequens antea non fuit haeticum. Ex quibus sequitur quod papa
potest novos articulos fidei facere et potest facere quod assertio-
nes quae non fuerunt haeticae esse haeticae de novo incipiant. 35
40

Discipulus: Exemplum adductum de constitutione sanctissimi
patris domini Iohannis papae vicessimisecondi peto quod nullate-
nus hic pertractes, quia, ut dixi, postea de tota doctrina eiusdem
quaestiones tibi movebo. Sed si pro praedicta opinione aliquas
rationes alias cogitasti profer easdem. 45

Magister: Aliter potest opinio memorata muniri, primo sic.
Pro assertione haeresis est quis tanquam haeticus condemnan-
dus; sed multae fuerunt assertiones falsae de quibus assertores
earum, antequam fuerunt ab ecclesia condemnatae, non fuerunt
tanquam haetici condemnandi; postquam autem dictae asser-
50

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 24 scripturae divinae] sacrae
scripturae Ly 24 fuerint] fuerunt Ly 27 et] ad Bb 27 quod] eadem ad-
ded Ly 28 suam] omitted Ly 31 repugnans] repugnat Bb 31 in] omitted
Bb Ly 32 fundare] defendere Ly 35 fecit] facit Bb Ly 37-39 esse ...
christum] omitted Bb 38 iohannis] Innocentis Ly 45 iohannis] Inno-
centii Ly 46 eiusdem] sanctissimi patris added Bb; summi patris added
Ly 47 pro] quaestione added Ly 47 praedicta] vel added Ly 48 alias]
omitted Bb Ly Vc 50-51 condemnandus] condemnat Vc 52 fuerunt¹]
fuerint Ly 53 condemnandi] sed added Ly 53 autem] omitted Bb Ly

34-36 col. 779 38-40 col. 1229

55 tiones fuerunt ab ecclesia condemnatae, fuerunt assertores earum
 tanquam haeretici condemnandi; ergo tales assertiones ante dam-
 nationem ecclesiae non fuerunt inter haereses computandae, quae
 tamen post damnationem pro haeresibus fuerunt habendae; et per
 consequens eadem assertio quae primo non erat haeresis per con-
 demnationem ecclesiae cum haeresibus numeratur. Quare eadem
 60 ratione eadem assertio quae primo non est catholica postea per
 approbationem ecclesiae fit catholica. Huiusmodi autem appro-
 batio et damnatio spectat ad summum pontificem; ergo summus
 pontifex de assertione non catholica potest facere catholicam, et
 de assertione non haeretica potest facere haeticam; et ideo no-
 65 vum articulum fidei facere potest.

Maiores istius rationis est manifesta, minor exemplis probatur
 apertis. Nam Graeci negantes Spiritum Sanctum procedere a Fi-
 lio ante assertionis damnationem eorum non fuerunt haeretici
 reputati, qui tamen post damnationem eiusdem inter haeticos
 70 deputantur. Assertores etiam opinionis Ioachim a concilio gene-
 rali damnatae post damnationem haeretici iudicantur, ipse tamen
 Abbas Ioachim, quamvis ante damnationem assertionem eandem
 tenuerit, non fuit haeticus, ut habetur Extra, De summa trinitate
 et fide catholica, c. *Damnamus*. Similiter qui post constitutionem
 75 Alexandri tertii, quae habetur Extra, De haeticis, c. *Cum Chri-*
stus tenuerint quod Christus non est aliquid secundum quod homo
 fuerunt haeticos iudicandi, secundum quod glossa notat ibidem,
 qui tamen antea pro haeticis minime habebantur. Patet igitur
 quod pro nonnullis assertionibus non sunt assertores ante dam-
 80 nationem haeticos reputandi qui tamen post damnationem inter
 haeticos computantur.

Secundo sic. Ille ad quem pertinet auctentice diffinire quae as-
 sertio catholica, quae haetica, est censenda, de assertione non
 catholica catholicam et de assertione non haetica haeticam fa-
 85 cere potest, quia aliter diffinitio sua nihil videretur penitus operari
 plus quam diffinitio vel determinatio doctoris, qui per auctoritates

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 55–56 damnationem] condem-
 nationem Ly 56 quae] qui Bb 57 damnationem] condemnationem Ly
 58 erat] est Bb Ly 58–59 condemnationem] damnationem Bb Ly 59 cum] **■**
omitted Vg 63 et] *omitted* Ly 64 ideo] ita Bb Ly 67 apertis] aperte
 Ly 69 tamen] *omitted* Vc 72 damnationem] et *added* Ly 73 non] ta-
 men *added* Ly 76 tenuerint] tenuerunt Ly 77 fuerunt] sunt Ly, fuerint Vc
 83 catholica] et *added* Ly 86 vel] *omitted* Bb 86 doctoris] doctorum
 Ly

73–74 col. 6 75–76 col. 779 77 s.v. sub anathemate col. 1671

vel rationes declarat et probat quae assertio in rei veritate est catholica et quae haeretica aestimanda. Sed ad summum pontificem non solum per modum docentis vel doctrinae sed etiam autentice pertinet diffinire quae assertio catholica quaeve haeretica est censenda. Ergo summus pontifex de assertione non catholica catholicam et de assertione non haeretica haeticam facere potest. 90

Capitulum 13

Discipulus: Istaе duae rationes apparentiam habere videntur, tamen conclusio est mihi difficilis ad tenendum. Unde si aliqui asserunt contrarium tibi placeat explicare.

Magister: Sunt nonnulli dicentes quod, sicut quantum ad ea quae spectant ad fidem nostram et nequaquam ex voluntate humana dependent non potest summus pontifex, nec etiam tota ecclesia Dei, de assertione non vera facere veram nec de assertione non falsa facere falsam, ita non potest de assertione non catholica facere catholicam nec de assertione non haeretica facere haeticam; et ideo non potest novum articulum fidei facere nec de non haeresi potest facere haeresim quoquo modo, quia sicut catholicae veritates absque omni approbatione ecclesiae ex natura rei sunt immutabiles et immutabiliter verae, ita immutabiliter sunt catholicae reputandae, et consimiliter sicut haereses absque omni damnatione ecclesiae sunt falsae, ita absque omni damnatione ecclesiae sunt haereses. 5 10 15

Discipulus: Ista sententia magis me allicit, et ideo, si potest rationibus confirmari, eas non differas allegare.

Magister: Ista sententia rationibus paucis ostenditur, quarum prima est haec. Si aliqua veritas est catholica, aut est dicenda catholica quia a Deo revelata, vel quia in scripturis divinis contenta, vel quia ab ecclesia universali recepta, vel quia sequitur ex illis, 20

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 87 declarat ... probat] declarant et probant Ly 89–90 autentice] auctoritate Ly 90 quaeve] quae Ly 90 est] *omitted* Bb 91 assertione] *omitted* Ly 92 haeticam] *omitted* Vc 92 potest] etc *added* Ly 1 capitulum 13] Capitulum 12 Ly 4 asserunt] asserant Ly 5 nonnulli] multi Ly 7 dependent] dependet Bb 11 non²] *omitted* Ly 12 haeresim] haeresi Bb 12 quoquo] quocumque Ly 12–13 catholicae] canonicе Vc 13 rei] *omitted* Ly 18 discipulus] cum *added* Ly 18 allicit] alliciat Ly 18 et] *omitted* Ly 23 quia²] *omitted* Bb Ly

Quod veritas catholica dicitur uno ex quinque modis nec acceptatio ecclesiae facit veritatem catholicam, sed declarat quia veritates fidei non dependent ex hominum voluntate Ox

25 aut ex aliquo illorum, quae sunt divinitus revelata et in scripturis
divinis inventa et ab ecclesia universali recepta, vel quia a summo
pontifice approbata.

Si aliqua veritas ideo est catholica quia est a Deo revelata,
et revelatio divina nullatenus dependet ex approbatione summi
pontificis nec ex approbatione totius ecclesiae, ergo approbatio
30 summi pontificis nihil facit ad hoc quod talis veritas sit vere ca-
tholica.

Si detur secundum, scilicet quod aliqua veritas est catholica
quia in divinis scripturis inserta, et constat quod talem veritatem
inseri in scripturis divinis ex nulla approbatione ecclesiae vel pa-
pae dependet, ergo talis veritas absque omni approbatione tali
35 inter veritates catholicas est numeranda.

Si detur tertium, scilicet quod aliqua veritas est catholica quia
ab ecclesia universali recepta, quaerendum est quare ecclesia uni-
versalis talem recipit veritatem: aut quia sibi divinitus revelatur
40 vel etiam inspiratur, et tunc absque tali receptione ecclesiae ve-
re est catholica quia divinitus revelatur vel etiam inspiratur; aut
eam recipit universalis ecclesia quia eam in divinis scripturis
invenit, et tunc adhuc absque tali receptione est catholica iudi-
canda; aut recipit eam universalis ecclesia quia per experientiam
45 vel rationem naturalem eam cognoscit, quod de multis verita-
tibus catholicis nullatenus dici potest, et tunc etiam ecclesia in
faciendo aliquam veritatem catholicam rationi vel experientiae
inniteretur, quod dici non potest: sequeretur enim quod ecclesia
universalis omnem veritatem geometricam et omnes alias quarum-
50 cumque scientiarum demonstrative probatas posset veritatibus
catholicis aggregare; ex quo sequeretur quod omnes assertiones
falsas huiusmodi veritatibus naturaliter notis contrarias posset ec-
clesia universalis inter haereses computare, et omnem assertorem
cuiuscumque assertionis falsae veritati naturaliter notae contra-
55 riae tanquam haeticum condemnare, quod est inconveniens re-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 24 aut ex] vel Bb Ly 26 pontifice
approbata] pontificis approbatione Bb 27–29 aliqua ... pontificis] *omitted*
Bb 28–29 ex ... pontificis] a summo pontifice approbative Ly 35 talis]
omitted Bb 37 quia] in scripturis divinis inserta et *added* Ly; in scriptu-
ris divina inserta *added* Bb 38 universali] acceptata vel *added* Ly; accepta
vel *added* Bb 39 recipit] recepit Bb Ly 39 sibi] sic Ly 39 divinitus]
approbatur *added* Ly 40 etiam] *omitted* Bb Ly 46 etiam] *omitted* Ly
47 aliquam] etiam Ly 47 veritatem] aliam *added* Ly 47 experientiae]
innititur vel *added* Ly 49 alias] *omitted* Bb 50 demonstrative] demon-
strationes Ly, demonstratione Vc 51 quo] quibus Ly 54 falsae] et *added*
Bb Ly

putandum. Aut talem veritatem recipit universalis ecclesia quia sibi placet, quod dici non potest, quia tunc ecclesia universalis in recipiendo aliquam veritatem et faciendo eam catholicam inniteretur solummodo humanae voluntati, et ita fides nostra esset in voluntate hominum. Cum tamen asserat Apostolus quod fides nostra non est in sapientia hominum (1 ad Corinthios 2), et multo fortius non est in voluntate hominum. Ecclesia igitur universalis nullam recipit veritatem tanquam catholicam nisi quia divinitus revelatur vel quia in sacris literis invenitur. Talis autem veritas etiam si nulla esset ecclesia vere esset catholica.

Si detur quartum, scilicet quod aliqua veritas est catholica quia sequitur ex illis, vel aliquo illorum, quae sunt divinitus revelata et in scripturis divinis inserta et ab ecclesia universali recepta, et palam est quod propter approbationem ecclesiae non magis potest ex eis inferri. Ergo per talem approbationem non fit catholica, sed ante fuit catholica.

Si detur quintum, scilicet quod ideo aliqua veritas est catholica quia est a summo pontifice approbata, tunc quaerendum est an summus pontifex veritatem aliquam approbando innititur revelationi divinae vel scripturis sacris aut doctrinae universalis ecclesiae, et quodcumque istorum detur sequitur quod summus pontifex per approbationem suam non facit talem veritatem esse catholicam, sed talem veritatem fuisse et esse catholicam determinat et diffinit; vel summus pontifex approbando aliquam veritatem propriae prudentiae vel voluntati innititur, et si hoc dicatur sequitur quod propter talem approbationem summi pontificis non est aliqua veritas pro catholica acceptanda, quia fides nostra nec in sapientia nec in voluntate hominis potest consistere.

Patet igitur quod nulla veritas est catholica nisi quia divinitus revelata vel quia in scripturis divinis inserta vel quia per certitudinem ecclesiae universali innotuit vel quia ex aliquo illorum necessario argumento concluditur. Nullum autem praedictorum ex

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 56 recipit] recepit Ly 58 eam] ipsam Bb Ly Vc 59 ita] ipsa Vc 64 autem] omitted Bb Ly 66 quod] omitted Vc 68 scripturis] scriptis Vc 68 et³] omitted Ly 70 ex] ab Ly 70–71 sed ... catholica] omitted Bb Ly Vc 74 an] aut Bb PaVc 74–75 revelationi divinae] alicui revelationi Ly 75 vel] etiam added Ly 76 et] omitted Ly 77 veritatem] fuisse et added Ly 78 sed ... catholicam²] quam Ly 79 summus] supremus Vc 80 dicatur] datur Bb Ly Vc 82 acceptanda] accipienda Bb Ly 86 quia] omitted Bb Ly Vc 87 nullum] nihil Ly, nulli Bb

61 1 Corinthians 2:5

90 approbatione summi pontificis vel etiam ecclesiae noscitur de-
pendere. Ergo per approbationem talem nulla veritas catholica
fieri potest, sed per talem approbationem aliqua veritas fuisse et
esse catholica diffinitur; et ita summus pontifex non facit aliquam
assertionem esse catholicam vel haereticam, sed per approbatio-
nem suam determinat et diffinit veritates quas approbat esse et
95 fuisse catholicas et per condemnationem suam determinat et dif-
finit assertiones quas reprobat esse et fuisse haereticas; et ita non
facit novum articulum fidei, sed noviter diffinit aliquem articulum
pertinere, et pertinuisse, ad catholicam veritatem; et ita talis ve-
ritas, quamvis noviter diffiniatur esse catholica, prius tamen fuit
catholica.

100 Secunda ratio est haec. Si aliqua veritas est catholica quia est
a Romano pontifice solummodo approbata, aut ergo est catholica
quia est a Romano pontifice sive explicite sive implicite appro-
bata, aut est tantummodo catholica quia est a Romano pontifice
105 explicite approbata. Si detur primum, sequitur quod pontifex Ro-
manus non potest facere novum articulum fidei de aliqua veritate
quae antea necessaria existebat, quia omnes veritates divinitus
revelatae in scripturis sacris insertae et quas universalis ecclesia
recipit et quae sequuntur ex aliqua vel aliquibus praedictarum
110 fuerunt antea explicite vel implicite per Romanos pontifices ap-
probatae. Ipsi enim totam fidem ecclesiae approbaverunt, et per
consequens implicite approbaverunt omnia quae sequuntur, quia,
sicut qui unum dicit, dicit omnia quae sequuntur ex illo, ita qui
unum approbat, approbat omnia quae sequuntur ex illo. Si detur
115 secundum, scilicet quod ideo aliqua veritas solummodo dicitur
catholica quia est a Romano pontifice explicite approbata, ergo
tales veritates “Christus mortuos suscitavit”, “Christus fuit Deus
et homo”, “Deus omnia prescit” et huiusmodi non essent catho-
licae reputandae nisi essent a Romano pontifice explicite appro-
batae, quod pro inconvenienti videtur habendum.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 90–91 aliqua ... catholica] ali-
quam veritatem fuisse et esse catholicam dinoscitur et Ly 92 assertionem]
veritatem Bb Ly Vc 92 esse] *omitted* Bb 92 haereticam] assertionem
Bb Ly Vc 93 veritates] et assertiones *added* Ly 94 et¹] *omitted* Ly
95 reprobat] approbat Bb 97 et¹] non *added* Ly 98 catholica] ea *ad-
ded* Ly 106 necessaria] necesse Bb 108 vel] ex *added* Ly 109 antea]
ante Ly, sive Bb 111 implicite] *omitted* Bb Ly Vc 111 omnia] ea Ly
112 omnia] et ea Ly Vg 113 si] autem *added* Ly 114 ideo] omnino Ly
117 prescit] praescivit Ly 119 videtur] hic *added* Ly

Per istas itaque rationes ostenditur quod summus pontifex non potest facere novum articulum fidei nec de veritate non catholica potest facere catholicam, ex quo concludunt isti quod Romanus pontifex de assertione non haeretica non potest facere haeticam, quia omni assertioni catholicae contradicit assertio haeretica et econverso, quia, sicut si una contradictoriarum est vera altera est falsa et econverso, ita si una contradictoriarum est catholica altera est haeretica; sed sicut probatum est Romanus pontifex non potest de veritate non catholica facere catholicam, ergo nec de assertione non haeretica potest facere haeticam.

Tertia ratio est ista. Si ideo solummodo aliqua assertio est inter haereses computanda quia est a Romano pontifice, vel etiam ab ecclesia, condemnata, aut ergo quia damnata sive implicite sive explicite, aut solum quia damnata explicite. Si detur primum, sequitur quod omnis assertio quae potest licite damnari est modo haeresis, quia omnis talis est iam per ecclesiam et Romanos pontifices, qui totam fidem approbando omnem falsitatem contrariam damnauerunt, explicite vel implicite condemnata. Si detur secundum, scilicet quod aliqua assertio ideo solummodo est haeretica quia explicite condemnata, ergo ista assertio, “Christus non est homo”, non erat haeretica antequam esset per ecclesiam reprobata, quod isti pro manifesto inconvenienti habent.

Quarta ratio quae eis demonstrativa videtur est haec. Omnis assertio cuius pertinax defensor est Vere haeticus est vere haeresis; sed omnes pertinaces defensores assertionum quae possunt per ecclesiam rite et legitime tanquam haereses condemnari sunt vere haetici, licet eorum assertiones non sint de facto explicite et sub forma propria ab ecclesia condemnatae; ergo tales assertiones ante damnationem huiusmodi vere sunt inter haereses numerandae. Maior est manifesta, quia nemo est haeticus nisi propter haesim cui adhaeret. Minor auctoritatibus beati Augustini probatur, qui, ut habetur 24, q. 3, c. *Dixit apostolus*, et c. *Qui in ecclesia*, asserit manifeste quod qui sententiam falsam ac

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 129 non] omitted Ly 129 potest ...
 haeticam] omitted Bb 129 facere] non added Ly 131 etiam] omitted
 Bb Ly Vc 132 damnata] condemnata Ly 133 solum] solummodo Bb Ly
 Vc 136 falsitatem] infidelitatem Ly 138 scilicet] id est Ly 138 assertio]
 non added Ly 141 manifesto] maximo Ly 144 defensores] defensores
 Bb Ly Vc 146 sint] sunt Bb 148 ante] vel Ly 148 damnationem]
 damnationes Ly 150 beati] omitted Ly 152 qui¹] q Ly 152 qui²] suam
 added Ly

151 col. 998 151–152 col. 998

155 perversam et qui morbidum aliquid et pravum sapiunt et corri-
gi nolunt sunt haeretici; sed omnis assertio quae potest per ec-
clesiam rite damnari est falsa, perversa, morbida et prava; ergo
omnis pertinax defensor talis assertionis, licet non sit de facto
160 explicite per ecclesiam condemnata, est vere haereticus. Ex his
concludunt isti quod ecclesia non potest facere de assertione non
haeretica haeticam, sed ecclesia aliquam haeresim condemnan-
do determinat et diffinit eam fuisse et esse haeticam.

Capitulum 14

Discipulus: Ista ultima rationes apparent mihi fortes, et ta-
men rationes pro prima sententia videntur difficiles; et ideo refer
quomodo respondetur ad ipsas.

5 **Magister:** Ad primam illarum respondent secundae sententiae
assertores dicentes quod, sicut saepe aliquis est haereticus et ta-
men quia est tantummodo occultus haereticus, non debet tanquam
haereticus iudicari, ita saepe aliquis est haereticus quia haeresi
10 pertinaciter adhaeret et tamen, quia non est certum explicite quod
assertio sua est et fuit haeretica antequam explicite innotuerit ec-
clesiae quod assertio sua est et fuit haeretica, non debet tanquam
haereticus condemnari. Postquam autem per diligentem conside-
rationem innotuerit ecclesiae quod assertio sua est haeretica, si
15 pertinax invenitur debet tanquam haereticus condemnari.

Discipulus: Ista responsio mihi videtur apparens, nisi quod
15 dubito de qua ecclesia isti loquuntur.

Magister: Ipsi loquuntur de ecclesia quae est concilium ge-
nerale vel papa, quia non sufficit in hoc casu ad damnationem
alicuius quod innotescat alicui alteri quam concilio generali vel
20 papae quod talis assertio fuerit et sit haeretica.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 155 perversa] *omitted* Vc 156 defensor] ■
defensor Ly Vc 157 ecclesiam] explicite *added* Vc 1 capitulum 14]
Capitulum 13 Ly 2 istae] assertiones *added* Ly 2 rationes] *omitted* Ly
3 ideo] *omitted* Vc 5 respondent] istius *added* Ly 11 est ... fuit] fue-
rit et est Ly 12 haereticus] *omitted* Bb 12 autem] aliquis *added* Ly
13 innotuerit] innotuit Vc 13 si] talis *added* Ly 20 et sit] vel est Bb, et
esse Vc; *omitted* Ly

3 prima: 12.16 5 primam: 12.50 5 secundae: 13.5

Respondetur ad rationes ostendendo quod sententia non facit haeticum sed
declarat quodque diffinitio auctoritiva ecclesiae operatur duos effectus supra
sacrosanctam determinationem Ox

Discipulus: Dic quomodo respondent ad exempla de Graecis et Ioachim et illis qui dixerunt Christum non esse aliquid secundum quod homo.

Magister: Dicunt quod assertiones illae antea fuerunt haereticarum, pertinaces etiam assertores earum fuerunt haeretici; quia tamen antea non innotuerat ecclesiae quod eorum assertiones erant haereticarum, non debuerunt tanquam haeretici condemnari, sed postea debuerunt tanquam haeretici condemnari. 25

Discipulus: Intelligo responsionem eorum ad rationem illam. Dicas ergo quomodo respondent ad secundam. 30

Magister: Respondent quod, licet ad summum pontificem non solum per modum doctrinae sed etiam autentice pertineat diffinire quae assertio catholica, quae haeretica, est censenda, non tamen potest facere de veritate non catholica veritatem catholicam, nec de assertione non haeretica haeticam valet efficere. Quo tamen non obstante, diffinitio sua plus operatur quam determinatio doctoris, quia post determinationem doctoris licet cuilibet sicut prius contrarium opinari et publice opinando tenere, hoc autem non licet post determinationem summi pontificis. Aliud etiam operatur, quia post diffinitionem rectam summi pontificis licet cuilibet episcopo et inquisitori haereticarum pravitate contra tenentes contrarium illius quod rite per summum pontificem diffinitum extitit procedere iuxta canonicas sanctiones, nisi tales offerrent se ad probandum summum pontificem erronee diffinisse, in quo casu esset ad generale concilium recurrendum. Post determinationem autem cuiuscumque doctoris non licet episcopis et inquisitoribus pravitate haereticarum contra tenentes contrarium procedere magis quam ante. 35 40 45

Capitulum 15

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 22 et¹] *omitted* Bb Ly 22 illis] illorum Ly 24 quod] *omitted* Bb 24 fuerunt] fuerint Ly 26 erant] fuerunt Ly, essent Bb Vc 28 debuerunt] damnari *added* Bb Ly Vc 28 tanquam sicut Ly 28 condemnari] *omitted* Bb Ly Vc 38 et] *omitted* Ly 42 extitit] existit Bb Ly 43 canonicas] catholicas Vc 44 erronee] errorem Ly 46 cuiuscumque] cuiuslibet Bb Ly 46 et] *omitted* Ly 1 capitulum 15] Capitulum 14 Ly

21 exempla: 12.66 30 secundam: 12.82

Quomodo intelligitur per papam fieri novum articulum quodque manifeste veritates latent ecclesiam priusquam determinatio fiat Ox

Discipulus: Licet quaedam retuleris de quibus admiror (unde et de eis postea interrogationem habebo), tamen conclusio principalis secundae sententiae videtur mihi probabilis, et miror quod
5 aliquis tenet quod papa potest facere novum articulum fidei. Tamen qualiter respondetur ad c. Extra, De haereticis, *Cum Christus*, indica mihi.

Magister: Volo te scire quod illa allegatio est quorundam canonistarum de quibus nonnulli theologi scandalizantur, quando
10 vident eos de theologicis difficultatibus se intromittere ultra verba theologorum quae in scriptis suis inveniunt, aliquid ex suo ingenio proferendo. Quia enim in theologia sunt minime eruditi, ideo auctoritates theologiae quas in suis libris reperiunt non debent exponere ultra sensum grammaticalem, nec ex eis debent
15 aliquas conclusiones inferre, nisi sequantur tam patenter quod quilibet illiteratus utens ratione possit advertere, quia, cum saepe verum auctoritatum theologiae non habeant intellectum, si ex eis voluerint alias conclusiones inferre, facile incident in errores: quod in istis canonistis qui ex praedicto capitulo Alexandri tertii
20 *Cum Christus* volebant inferre quod papa potest facere novum articulum fidei sine difficultate potest adverti. Nam ex illo capitulo credebant posse concludi quod ante illam constitutionem licebat dicere Christum non esse Deum et hominem, cum tamen hoc non dicat, nec ibi inhibeat dicere Christum non esse Deum et
25 hominem, sed inhibet dicere Christum non esse aliquid secundum quod homo, cuius causam assignat, quia Christus est verus Deus et verus homo. Istaem autem sunt assertiones distinctae, “Christus est verus Deus et verus homo” et “Christus est aliquid secundum quod homo”; una tamen sequitur ex alia.

Discipulus: Clare video quod praedicti canonistae dictum capitulum *Cum Christus* male allegant ad probandum quod ante

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 2 quaedam] quidam Ly, quidem Vg 2 retuleris] retulissent Ly 2 admiror] miror Ly 3 interrogationem] interrogare Ly 3 habebo] reservo Ly 5 aliquis] *omitted* Bb 5 potest] possit Ly 11 scriptis] scripturis Ly 11 inveniunt] inveniuntur Bb 14 eis] eisdem Ly 14 debent²] *omitted* Ly 15 aliquas] alias Bb 15 sequantur] sequatur Bb 17 verum] talium Ly 17 auctoritatum] autenticum Bb Vc 18 alias] aliquas Bb Ly Vc 18 facile] faciliter Ly 19 canonistis] accidit *added* Ly 21 sine ... adverti] *omitted* Ly 24 hoc] Ba Fr We: *omitted* Bb Ly Vc 24 ibi] etiam *added* Ly 25 hominem] sed in hominem *added* Bb 25 sed inhibet] licet non prohiberet Ly 30–31 dictum capitulum] capitulum praedictum Ly 31 allegant] allegabant Bb Ly

8 illa allegatio: 12.74

tempora Alexandri licebat dicere Christum non esse Deum et hominem, sed videtur quod bene allegaverunt ad probandum papam posse facere novum articulum fidei, quia quod Christus est aliquid secundum quod homo ante tempora Alexandri tertii non fuit articulus fidei, imo licebat contrarium opinari; ipse autem fecit quod esset articulus fidei et quod non licet dicere contrarium; ergo ipse fecit novum articulum fidei. 35

Magister: Ad istam tuam obiectionem respondent secundae sententiae assertores dicentes quod articulus fidei accipitur stricte, pro veritate catholica in symbolo autentico sub propria forma inserta, et sic non loquimur nunc de articulo fidei. Aliter potest accipi articulus fidei large, pro omni catholica veritate, et isto modo est nunc sermo de articulo fidei. Et sic non potest papa facere novum articulum fidei, nec Alexander fecit talem novum articulum fidei quia non fecit novam catholicam veritatem; sed fecit quod nec asserendo nec opinando liceret dicere contrarium illius quod ante fuit catholica veritas et quod dicentes contrarium excommunicationis sententiae subderentur. Et ita ista, “Christus secundum quod homo est aliquid”, ante Alexandrum tertium fuit vere catholica veritas, sed ante tempora Alexandri non innotuit ecclesiae quod esset catholica. Ex illis enim quae in scripturis divinis habentur veritates multae sequuntur quae tamen latent ecclesiam, et ideo catholicae sunt, licet ecclesia nondum discussisset an catholicam sapiant veritatem. 40 45 50 55

Capitulum 16

Discipulus: Quia diffinitio haeresis de qua disseruisti plura conveniens mihi videtur, nec tamen ex ea intelligo an haeresis sit species specialissima vel sub se plures species habens, de hoc quid sentiant literati non postponas exprimere. 5

Magister: De diffinitione specifica sunt plures opiniones. Quidam enim dicunt quod eadem res sub diversis speciebus collocari non potest, quidam dicunt contrarium.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 35 tertii] *omitted* Vc 37 quod¹] ut Ly 39 tuam] suam Vc 44 non] nec Bb 45 nec] papa *added* Ly 45 novum²] *omitted* Ly 46 fidei] *omitted* Ly 46 quia] tunc *added* Ly 47 liceret dicere] diceretur Ly 48 ante] antea Vc 50 est] et fuit *added* Ly 51 vere] vera Ly 53 sequuntur] sequuntur Bb 54 discussisset] diffinierit Ly 1 capitulum 16] Capitulum 15 Ly 3 conveniens] inconveniens Ly 8 quidam] autem *added* Bb Ly Vc

Utrum haeresis habet sub se plures species et explicantur tres, adduntur et alii duo ex sententia secunda Ox

10 **Discipulus:** De talibus difficultatibus te nullatenus intromittas, nam ad philosophicas scientias spectant, quarum difficultates proprias quantum potes evita. Sed dic mihi nunc quid tenetur de haeresibus, an omnes sub uno modo vel nomine aut specie continentur, vel sub pluribus.

15 **Magister:** Intentionem tuam adverto, et ideo ad mentem tuam volo tibi opiniones contrarias recitare. Si recolis, de veritatibus catholicis opiniones narraui, quia quidam dicunt quod illae solae veritates sunt Acatolicae reputandae quae explicite vel implicite in scripturis divinis habentur, alii autem asserunt quod praeter illas veritates sunt nonnullae aliae inter catholicas veritates numerandae. Iuxta istas opiniones sunt etiam de haeresibus opiniones contrariae. Quidam enim tradunt quod haeresis habet solummodo sub se tres species sive tres modos haeresum diversarum propter quas solummodo debet quis puniri. Prima species vel primus modus haeresum est illarum quae veritatibus sub forma propria in
25 scriptura divina repertis, non solum quomodolibet adversantur, sed etiam in eisdem terminis contradicunt. Tales sunt istae “Verbum non est caro factum”, “Deus non creavit in principio coelum et terram”, “Christus non est assumptus in coelum”, et huiusmodi. Aliae sunt haereses quae patenter omni intelligenti etiam illiterato
30 his quae in scripturis divinis habentur obviant et repugnant. Quales sunt tales: “Christus non fuit natus pro salute nostra”, “Nulla est vita beata”, et consimiles. Aliae sunt haereses quae non patenter omnibus, sed solummodo literatis et sapientibus eruditis in scripturis divinis, per magnam et subtilem considerationem, patent sacris literis adversari, cuiusmodi sunt tales: “Christus non
35 est aliquid secundum quod homo”, “Duae personae sunt in Christo”, et huiusmodi multae.

Alii autem sunt qui praedictos modos haeresum asserentes dicunt quod praeter haereses iam dictas sunt aliae, illae videlicet

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 10 scientias] sententias Ly 10 spectant] ■
spectat Ly 11 mihi] tamen Ly 12 nomine] vel genere *added* Ly 13 sub] *omitted* Vc 15 de] ad Bb 17 veritates] virtutes Vc 19 veritates²] veritate Bb 22 sub se] *omitted* Bb Ly Vc 24 haeresum ... illarum] videlicet *added* Ly 26 tales] enim *added* Ly 29 intelligenti] et *added* Ly 29 illiterato] etiam *added* Ly 30 obviant] adversantur Bb Ly Vc 32–33 patenter] patent Ly 34–35 patent] possunt Ly 35 cuiusmodi] eius Bb 38 alii] aliae Ly 38 qui] quae Ly 38–39 dicunt] videlicet *added* Ly 39 aliae] *omitted* Vc 39 illae] duae Ly

16 narraui: capitula 1, 2

quae doctrinae apostolicae, quae doctrina absque scriptis apostolicis per revelationem fidelium sibi succedentium vel per scripturas fidelium ad nos pervenit, quomodolibet adversantur. Si etiam aliqui errores alicui veritati post tempora apostolorum ecclesiae revelatae repugnant, omnes illi sunt inter haereses computandi. 40

Capitulum 17

Discipulus: Ista secunda sententia magis mihi apparet consona veritati, sed dic mihi an isti assertores omnes errores pestiferos quos nulli licet Christiano fideli asserere sub istis modis haeresum comprehendant. 5

Magister: Praeter haereses supradictas affirmant esse quosdam alios errores mortiferos qui tamen non debent stricte haereses appellari. Tales errores dicunt esse illos qui cronicis et historiis ecclesiasticis fide dignis ac probatis gestis fidelium obviari noscuntur. Alii adhuc sunt errores qui veritatibus catholicis et cronicis vel historiis ecclesiasticis fide dignis ac gestis quae rationabiliter negari non possunt impossibiles demonstrantur. Cuiusmodi sunt tales: “Regulae religiosorum non sunt catholicae”, “Fides beati Augustini non fuit vera nec fidelis”, et huiusmodi, et istos errores quamvis stricte accipiendo vocabulum haeresis non reputent inter haereses computandos, dicunt tamen quod sapiunt haeresim manifestam, quod non est aliud quam dicere quod ex eis et aliis veris quae negari non possunt sequuntur haereses proprie dictae; et ideo dicunt quod isti errores possunt large haereses appellari. 10 15 20

Discipulus: Enumera generales modos pestiferorum errorum quos, secundum istam secundam sententiam, nulli licet catholico et fideli pertinaciter defensare.

Magister: Tales modi generales, quorum aliqui plures sub se modos continent speciales, sunt quinque. Quorum primus est eo- 25

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 40 quae¹] quod Ly 40 apostolicae ...
doctrina] quae Ly 40 scriptis] scripturis Ly 41 vel] omitted Bb 42 si]
sed Ly 43 aliqui] illi Ly 43 errores] qui added Ly 43 ecclesiae] omitted
Ly 1 capitulum 17] Capitulum 16 Ly 6 affirmant] asserunt Ly
9 fidelium] quae rationabiliter negari non possunt added Ly 9 obviari]
obviare Bb 12–13 cuiusmodi] cuius Bb 16 reputent] reputant Ly 18 sequuntur]
sequantur Ly, sequentur Bb 21 enumera] enarra Ly 22 istam ... sententiam]
sententiam illam Bb Ly, illam sententiam Vc 25–26 eorum] Ba Bb
Fr: error Ly Vc Vg

Explicantur iuxta secundam sententiam quinque modi haeresum et errorum et declaratur differentia inter haeresim esse et sapere Ox

rum qui solis contentis in scriptura divina repugnant, et iste plures modos continet speciales, sicut ex praedictis apparet, et omnes isti errores debent haereses appellari. Secundus est eorum qui doctrinae apostolicae extra scripta eorum quoquomodo repugnant, et iste etiam continet plures modos. Tertius est eorum qui revelatis vel inspiratis ecclesiae post apostolos quomodolibet obviarent. Quartus est eorum qui cronicis historiis et gestis ab ecclesia approbatis contrariantur. Quintus est eorum qui scripturae divinae vel doctrinae apostolicae extra scripta eorum vel inspiratis seu revelatis ecclesiae et aliis veris quae negari non possunt impossibiles demonstrantur, licet ex forma propositionum solis contentis in scriptura divina et doctrina apostolica et revelatis seu inspiratis ecclesiae impossibiles nequaquam appareant, et isti errores proprie possunt dici sapere haeresim manifestam, licet stricte sumendo nomen haeresis non sint haereses nuncupandae. Talis est iste error, “Castitas monachorum castitati non praeeminet coniugali”. Nam iste error ex forma propositionis non repugnat alicui contento in scriptura divina vel doctrina apostolica (si tunc non fuerunt tales monachi quales modo sunt), nec etiam repugnat, ut videtur, alicui revelato vel inspirato ecclesiae. Contentis tamen in scriptura divina et isti vero quod nulla potest tergiversatione negari, “Monachi vovent et servant perpetuam continentiam propter Deum”, impossibilis esse dinoscitur. Et ideo iste error licet non videatur stricte sumpto vocabulo haeresis appellanda, sapit tamen haeresim manifestam, quia ex ipso et quodam vero aperto sequitur haeresis manifesta.

Capitulum 18

Discipulus: Nunc adverto quam utile fuit inquirere quae veritates debeant catholicae iudicari, quia ex solutione quaestionis illius potest intelligenti patere qui errores debent haereses repu-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 26 repugnant] repugnat Bb Ly Vc 28 debent] deberent Ly 28 est] error *added* Ly 31 qui] quae Bb 32 obviarent] obviant Ly 32 qui] quae Bb 32 cronicis] et *added* Ly 33 qui] quae Bb 34 scripta] scripturam Ly 37 et! ... apostolica] *omitted* Vc 40 sint] sunt Bb Ly Vc 44 si ... sunt] *omitted* Ly 47 negari] stricte sumpto vocabulo haeresis *added* Ly 49 sumpto vocabulo] vocabulo sumpto Ly 51 aperto] aperte Bb Ly Vc 1 capitulum 18] Capitulum 17 Ly 2 adverto] *omitted* Ly 2 quam] quod Vc 3 iudicari] videri Vc 4 debent] debeant Bb Ly Vc

Utrum omnis haeresis sit dampnata per ecclesiam et quod sic allegatur capitulo Excommunicamus Ox

tari. Ex investigatis etiam circa catholicas veritates sequi videtur 5
quod omnis haeresis sit damnata, quia, si omnis veritas catholica
est per ecclesiam approbata, videtur quod per eandem ecclesiam
omnis haeresis est damnata, cum omnis haeresis alicui veritati
catholicae adversetur. Approbato autem uno contrariorum constat 10
aliud reprobari et damnari. An ergo aliqui literati teneant omnem
haeresim esse damnatam nequaquam occultes.

Magister: Multi tenent et probare conantur quod omnis hae-
resis est damnata. Hoc enim concilium generale sub Innocen-
tio tertio celebratum, de quo habetur Extra, De haereticis, c. *Ex-*
communicamus, sentire videtur. Ait enim, “Excommunicamus et 15
anathematisamus omnem haeresim extollentem se adversus hanc
sanctam, catholicam et orthodoxam fidem, quam superius expo-
suimus.” Ex quibus verbis patenter habetur quod omnis haeresis
est excommunicata et anathematisata, et per consequens omnis
haeresis est damnata. 20

Discipulus: Ex hac auctoritate non videtur quod omnis hae-
resis sit damnata, sed solummodo quod omnis haeresis extollens
se adversus fidem quam supra generale concilium exposuit in ca-
pitulo quod habetur Extra, De summa trinitate et fide catholica,
c. *Firmiter*, sit damnata. 25

Magister: Isti probant quod per dictum c. *Excommunicamus*
omnis haeresis simpliciter sit damnata ex hoc ipso, quod omnis
haeresis extollens se adversus fidem expositam in dicto capitulo
Firmiter sit damnata. Nam in dicto capitulo *Firmiter* tota fides ca-
tholica approbatur. Ergo omnis haeresis simpliciter per capitulum 30
Excommunicamus, quod damnat omnem haeresim extollentem se
adversus fidem quam exposuit et approbavit in c. *Firmiter*, repro-
batur et damnatur. Quod autem c. *Firmiter* approbet simpliciter
totam fidem catholicam patet expresse, cum asserendo et appro-
bando dicat, “Haec sancta Trinitas, secundum communem essen- 35
tiam individua et secundum personales proprietates distincta, per
Moysen et sanctos prophetas aliosque famulos suos iuxta ordi-
natissimam dispositionem temporum humano generi doctrinam

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 6 si] cum Ly 7 est] sit Ly
12 et] quod Ly 20–22 est... haeresis] *omitted* Bb 26 isti probant] di-
cunt isti Ly 28 expositam] catholicam Bb Ly Vc 29 sit] est Bb Ly
32–33 reprobat et] reprobatione Ly 34 et] damnando *added* Vc 34–35 approbando] ■
probando Ly 35–36 communem essentiam] omnem ecclesiam Vc 36 distincta ■
discreta Ly

14–18 col. 787 24–25 col. 5

40 tribuit salutarem. Et tandem unigenitus Dei filius Iesus Christus,
 a tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper virgine
 Spiritu sancto cooperante conceptus, verus homo factus ex ani-
 ma rationali et humana carne compositus, una in duabus naturis
 45 persona, viam vitae manifestius demonstravit”. Ex his verbis da-
 tur intelligi quod totam doctrinam Christi et famulorum suorum,
 qui veritates catholicas humano generi tradiderunt, praedictum
 concilium approbat manifeste. Ergo et per capitulum *Excommu-
 nicamus* simpliciter omnis haeresis est damnata. Et hoc glossa
 24, q. 1, § 1, notat aperte, dicens, “Omnis haeresis est damna-
 50 ta, et omnis haereticus est excommunicatus, quantumcumque sit
 occultus”.

Capitulum 19

Discipulus: Apparenter ostenditur quod omnis haeresis est
 damnata, de quo tamen miror, eo quod saepe audierim litera-
 tos distinguere inter illos qui incidunt in haeresim iam damnatam
 5 et illos qui incidunt in haeresim non damnatam. Unde et Gra-
 tianus, ut habetur 24, q. 1, § 1, eandem distinctionem approbare
 videtur dicens, “Omnis enim haereticus aut iam damnatam hae-
 resim sequitur aut novam confingit”, cuius distinctionis primum
 membrum statim prosequitur. Secundum vero membrum prose-
 10 quitur **Ly has secundum... prosequitur; check** eisdem causa
 et quaestione § Si autem: “Si autem ex corde suo novam haere-
 sim confingit”, etc. Quocirca dic an praedicti assertores eandem
 distinctionem simpliciter negent.

Magister: Non omnino negant dictam distinctionem sed cum
 15 distinctione concedunt, dicentes quod quaedam haereses sunt dam-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 39 unigenitus] unicus Ly 39 iesus] ■
 omitted Bb Ly Vc 40 communiter] convenienter Bb Ly 40 incarnatus]
 est carnatus Bb 41 factus] et added Bb Vc 41 ex] humana added Ly
 42 una] omitted Bb 45 humano] humani Bb 47–49 simpliciter ... ex-
 communicatus] omitted Bb 47 et] per added Ly 48 est] omitted Ly
 1 capitulum 19] **Capitulum 19** added Vc 3 audierim] audivi Ly, audieri
 Bb 4 distinguere] diffinire Bb 4 illos] fideles added Ly 5 et¹] in-
 ter added Ly 5 haeresim] iam added Ly 6 ut] et Bb Vc 6 §] c Ly
 10 eisdem] eadem Vc 11 et quaestione] quaestione 2 Vc 11 si autem¹]
 Ki: omitted Ww 12 quocirca] omitted Ly 12 praedicti assertores] asse-
 rentes praedicti Ly

5–8 col. 966 10–12 col. 967

Quod haeresis iam damnata dicitur quatuor modis et declaratur quae dicitur
 damnata explicite vel implicite Ox

natae explicite, quaedam vero solum damnatae sunt implicite. Et ideo concedunt dictam distinctionem sub isto intellectu: quaedam haereses sunt damnatae explicite et quaedam non sunt damnatae explicite.

Discipulus: Quas vocant haereses damnatas explicite? 20

Magister: Haeresum damnatarum explicite ponunt quatuor modos. Primus est earum quae damnatione speciali in qua de ipsis haeresibus sub forma propria fit mentio specialis condemnantur. Isto modo haereses Arrii, Nestorii, Macedonii, Euticis, et Dioscori damnatae fuerunt, sicut ex dist. 15, c. 1 et c. *Sicut sancti* et c. *Sancta Romana* patenter habetur. Sic etiam damnatus est error Ioachim, Extra, De summa trinitate et fide Catholica, c. *Damnatus*, et error dicentium Christum non esse aliquid secundum quod homo, Extra, De haereticis, c. *Cum Christus*. 25

Secundus modus haeresum damnatarum explicite est earum quarum contradictoriae sub forma propria approbantur, quia una contradictoriarum approbata explicite altera explicite intelligitur reprobata. Tales sunt omnes haereses quae contradicunt veritatibus catholicis quae in symbolis, conciliis generalibus ac decretis et decretalibus epistolis summorum pontificum tanquam catholicae approbantur. Unde ista haeresis, “Deus non est factor omnium visibilium et invisibilium”, est haeresis explicite condemnata, pro eo quod per symbolum, “Credo in unum deum”, explicite approbatur deum esse factorem omnium visibilium et invisibilium 30

Tertius est earum quarum contradictoriae in aliquo volumine vel libro aut tractatu specialiter approbato tanquam catholico sub forma propria continentur. Et isto modo omnes haereses quarum contradictoriae in canone Bibliae confirmato sub forma propria continentur haereses damnatae explicite sunt censendae, quia, eo 40

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 16 solum ... sunt] sunt solum Bb 18 et] omitted Bb Ly Vc 22 damnatione] damnantur in Ly 22 qua] damnatione added Ly 23–24 condemnantur] omitted Ly 24 macedonii euticis] Euticii et Macedonii Ly 26 sancti] sunt Bb Ly 26 sic] sicut Bb Ly 28 non] omitted Bb 28 esse] est Vc 31 contradictoriae] contrariae Bb Ly 31 approbantur] asseruntur seu approbantur Bb Ly Vc 31 quia] ex added Ly 34 symbolis] omitted Ly 34 generalibus] symbolis added Ly 34 ac] a Vc 35 epistolis] opusculis Ly 35 summorum] etiam added Ly 36 ista] etiam added Ly 37 condemnata] damnata Vc 38 quod] explicite added Bb Ly Vc 38 symbolum] condemnatur added Ly 38–39 credo ... invisibilium] omitted Ly 38 explicite] omitted Bb Vc 39 omnium] omitted Bb Vc 40 quarum] qua Bb

25 col. 34 25–26 col. 35 26 col. 36 27–28 col. 6 29 col. 779

45 ipso quod canon Bibliae explicite approbatur, omnes veritates in ipso insertae explicite approbantur, et per consequens earum contradictoriae explicite reprobantur et damnantur.

Quartus est earum ex quibus patenter omnibus etiam laicis usum habentibus rationis sequitur aliqua haeresis sub aliquo trium
50 modorum primorum comprehensa.

Discipulus: Contra aliqua praedictorum possem dubia multa movere, sed forsitan non essent multum ad rem, quia voces sunt ad placitum, et ideo possunt vocare haereses damnatas explicite stricte et large sicut placet eis, dummodo hoc auctoribus non
55 inveniatur expresse contrarium. Idcirco dic quas haereses vocant damnatas solum implicite.

Magister: Haereses de quibus solummodo viris literatis in sacris literis eruditis per subtilem considerationem patet quomodo catholicae veritati contentae in scripturis sacris vel doctrina
60 expressa universalis ecclesiae adversantur, et quod ex eis sequitur aliqua haeresis aliquo praedictorum modorum damnata explicite, dicunt esse damnatas implicite et non explicite. Talis haeresis fuit haeresis Graecorum dicentium Spiritum Sanctum non procedere a Filio antequam damnaretur explicite. Multae etiam
65 haereses de quibus habetur in decretis aliquando fuerunt huiusmodi quae post explicite damnatae fuerunt. Tales sunt haereses nonnullorum doctorum modernorum. Est enim notorium quod moderni theologi circa divina opiniones tenent contrarias, quas putant in scripturis divinis fundari, quarum altera in rei veritate scripturae
70 divinae repugnat, sicut et tenent contrarium opinantes. Unde et eam per scripturam divinam improbare nituntur, sicut in scriptis eorum patet aperte; et ita in rei veritate altera earum est damnata implicite, cum veritas contraria sit implicite approbata ex hoc quod doctrina ecclesiae ex qua infertur noscitur approbata.

Capitulum 20

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 45–47 approbatur ... explicite] *omitted* Bb 46 insertae] assertae Ly Vc 46 explicite] *omitted* Ly Vc 47 explicite] *omitted* Vc 47 et damnantur] *omitted* Bb 50 primorum] priorum Bb Ly, praedictorum Vc 52 sed] et Bb Ly Vc 52 forsitan] forsan Ly 54 hoc] in Bb Ly Vc 54 auctoribus] auctoritatibus Ly 55 dic] dicas Ly 57 haereses] implicite damnatae dicuntur illae *added* Ly 66 post] postea Bb Ly Vc 71 scriptis] scripturis Ly 1 capitulum 20] Capitulum 18 Ly

Quod inquisitores possunt cognoscere solum de haeresibus explicite condemnatis quia ad ipsos non spectat diffinire quid sit haereticum vel catholicum
Ox

Discipulus: Sive isti devient a proprio modo loquendi sive non, video quod inter haereses quas dicunt esse damnatas explicite et quas dicunt esse damnatas solum implicite est aperta distinctio. Sed ad quam utilitatem istam distinctionem assignant ignoro, et tamen desidero scire. 5

Magister: Putant istam distinctionem esse summe necessariam episcopis et inquisitoribus haereticae pravitatis, ut sciant contra quos accusatos de haeresi debeant procedere et contra quos potestatem procedendi non habent. Nam omnes tenentes pertinaciter haeresim aliquo praedictorum modorum damnatam explicite possunt legitime iudicare. Tenentes vero haereses damnatas tantummodo implicite iudicare non possunt, nec de talibus haeresibus, licet eas valeant ventilare et investigando discutere de eis, tamen nequeunt diffinitivam sententiam proferre, sed huiusmodi haeresim asserens vel defendens summi pontificis vel generalis concilii est reservandus examini. 10 15

Discipulus: Si isti suam sententiam auctoritate vel ratione valeant confirmare, non tardes ostendere.

Magister: Possunt se fundare in una ratione, quae talis est. Ad illum solum spectat asserentem damnatam haeresim implicite, de qua nondum innotuit ecclesiae an debeat haeresis reputari, tanquam haeticum condemnare ad quem spectat huiusmodi haereses solemniter condemnare; quod videtur maxime veritatem habere quando inter catholicos literatos in sacra pagina eruditos de tali assertionem an debeat censi haeretica opiniones habentur contrariae. Sed assertionem quae est in rei veritate haeretica, de qua tamen an sit haeretica inter doctos opiniones reperiuntur contrariae solemniter et explicite condemnare pertinet ad solum summum pontificem et concilium generale et universalem ecclesiam. Ergo ad nullum inferiorem summo pontifice nec ad aliquod 20 25 30

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 4 esse] *omitted* Bb 5 assignant] assignent Bb Ly Vc 11 damnatam explicite] explicite damnatorum Ly 13–14 haeresibus ... ■
 eas] causam Ly 14 valeant ventilare] ventilare valent Ly 14 et] nec Ly 14–15 de ... nequeunt] nec de eisdem Ly 18–19 valeant] valent Bb Vc 21 asserentem] assertionem Ly 21 damnatam] vel *added* Ly 21 haeresim] damnatam *added* Ly 22 nondum] nunquam Ly 22–23 reputari] ■
 reputare Bb 23 haeticum] haeticam Ly 24–25 veritatem habere] veritati inhaerere Ly 25 literatos] et *added* Ly 26 de] in Ly 27 assertionem] assertio Ly 28 doctos] doctores Bb Ly Vc 29 solum] *omitted* Ly Vc 30 et¹] vel Ly 30 et²] vel ad Ly 31 aliquod] *omitted* Ly

collegium inferius generali concilio spectat assertorem huiusmodi haeresis tanquam haereticum condemnare.

35 Maior istius rationis videtur certa, quia qui iudicialiter pronunciat aliquem esse haereticum potest pronunciare solemniter assertionem pro qua iudicat eum esse haereticum inter haereses computandam.

40 Minorem ostendunt auctoritate et ratione, auctoritate primo Innocentii papae, qui, ut habetur 24, q. 1, c. *Quotiens*, ait, “Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres et coepiscopos non nisi ad Petrum, id est sui nominis et honoris auctoritatem, referre debere”. Ex quibus verbis datur intelligi quod quaestio fidei ad inferiorem summo pontifice referri non debet. Hinc dicit glossa
45 ibidem, “Aliud est quaestionem de fide motam terminare, quod nulli praeterquam Romane sedi permittitur, sicut hic dicitur, aliud est ipsam sine diffinitione ventilare, quod patriarchae facere possunt”. Et infra glossa, obiiciens, ait, “Videtur contra Extra, De haereticis, *Ad abolendam*, nam ibi innuitur quod illi vitandi sunt tanquam haeretici quos episcopi vitandos duxerint”; et respon-
50 dens ait, “Sed dic quod illud intelligendum est quando tale quid dicunt quod certum est esse haeresim, hic vero ubi dubium est”.

Istis concordare videtur glossa dist. 80, c. 2 quae super verbo in fide ait, “In fide, id est fideliter”: “Infra 24, q. 1, *Quotiens*, ubi dicitur quod tantum ad Petrum referenda est questio fidei. Sed
55 expone hic “in fide, id est fideliter”; vel possunt agitare causas fidei sed non procedere ad sententiam; vel distingue qui sunt qui

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 32 inferius] summo *added* Ly 32 concilio] vel universali ecclesia *added* Ly 32 assertorem] assertionem Ly 32 huiusmodi] huius Vc 33 haeresis] *omitted* Ly 33 haereticum] haereticam explicite Ly 34 videtur] esse *added* Ly 35 esse] *omitted* Bb Ly Vc 36 haereticum] haereticam et Ly 38 et ... auctoritate²] *omitted* Bb 39 “quotiens] *omitted* Bb 40 et] *omitted* Bb Ly Vc 40 coepiscopos] episcopos Ly 41 id ... honoris] suae rationis Ly 41 et honoris] *omitted* Bb 43 hinc] est quod *added* Ly 45 nulli] non Ly 45 romane sedi] ratione fidei Ly 45 sicut ... dicitur] *omitted* Ly 46 patriarchae] inferiores Ly 47 glossa] *omitted* Ly 48 vitandi] iudicandi Ly 49 episcopi] ipsi Bb Ly Vc 49 vitandos] iudicandos Ly 49 duxerint] dixerunt Ly Vg 51 est¹] dictum eorum *added* Ly 51 hic] nec Ly 51 ubi] ulli Ly 52 istis] Item ad idem Ly 52 dist ... quae] praedicti capituli Ly 53 fide¹] quae *added* Ly 53 fideliter] et *added* Vc 53–55 infra ... vel] *omitted* Ly 55 possunt] Gl: *omitted* Ww 56 sed] et Ly 56 distingue] Vf: distinguere Bb Vc Vg, determinationem Ly 56 sunt] sint Ly

39–42 col. 970 43–51 s.v. fidei, col. 1388 52–59 col. 382

dubitant—nam si laici, videtur quod episcopi possunt determinare, Extra, De haereticis, *Ad abolendam*, si clerici, papa, Extra, eodem titulo, *Cum Christus*". Ex his colligitur quod nullus inferior summo pontifice potest terminare questionem motam de fide, praecipue quando literati dubitant et contrarie opinantur. 60

Quod etiam Innocentius tertius, Extra, De baptismo et eius effectu, c. *Maiiores*, sentire videtur. Ait enim, "Maiiores ecclesiae causas, praesertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelliget, qui eum quaerenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse respondisse notabit, 'Tu es Christus filius Dei vivi'". 65

Ex quibus verbis patenter habetur quod ad sedem beati Petri est quaestio fidei referenda, et ita nec collegium inferius concilio generali nec aliquis episcopus inferior papa potest aliquam haeresim de qua est dubium an sit haeresis condemnare, et per consequens nullum talem haeresim asserentem valet tanquam haereticum condemnare. Irrationabile enim videtur omnino quod episcopus vel inquisitor haereticae pravitate, qui saepe sacrae paginae imperitus existit, opiniones doctorum theologiae posset tanquam haereticas condemnare. 70 75

Capitulum 21

Discipulus: Quamvis ista sententia videatur fortiter esse probata, tamen contra ipsam urgentes instantias in mente revolvo.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 57 si laici] aliquibus Ly 58 abolendam] et de iudiciis ac added Ly 58 clerici] et aliquando added Ly 59 eodem titulo] de haereticis Ly 60 terminare] determinare Ly Vg 62 quod] Hoc Ly 62 etiam] omitted Bb 62 tertius] est added Bb 65 referendas] referentes Bb Ly 65 intelliget] intelligi Ly, intelligit Vc 65 eum] cum Bb Ly 66 notabit] notatur Ly 69 inferius] collegio added Ly 69–70 concilio generali] generalis concilii Ly 74 paginae] scripturae Ly 1 capitulum 21] Capitulum 19 Ly 3 urgentes] negantes Ly 3 revolvo] volvo Bb

Arguitur tripliciter quod non solum ad concilium vel summum pontificem spectat errores dampnare Ox

5 Quarum prima est de universitate Parisiensi, quae multas opinio-
 nes etiam Thomae de Aquino, ipso vivente, tanquam erroneas
 excommunicavit et damnavit. Secunda est de duobus archiepi-
 scopis Cantuariensibus, quorum primus erat doctor theologiae in
 ordine Praedicatorum et postea cardinalis, secundus erat etiam
 10 doctor theologiae de ordine Fratrum Minorum, qui plures opi-
 niones Thomae excommunicaverunt et damnaverunt. Tertia est
 de ordine Fratrum Minorum, qui doctrinam Fratris Petri Iohannis
 damnavit. Et ita videtur quod tam ad collegium inferius concilio
 generali quam ad alias personas inferiores summo pontifice
 spectat errores a theologis opinatos damnare. Quamobrem quali-
 15 ter respondetur ad praedictas instantias manifesta.

Magister: Ad primam instantiam de universitate Parisiensi
 multipliciter respondetur, uno modo quod multas assertiones temerarie
 condemnavit, veritates scilicet condemnando. Nullo enim
 modo potest solemniter veritas absque temeritate damnari. Licet
 20 namque absque temeritate damnabili valeat quis veritati contra-
 rium opinari et de veritate dubitare, nunquam tamen veritas so-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 4–5 opiniones] multorum et *ad-*
ded Ly 5 de aquino] *omitted* Ly 5 erroneas] errores Ly 7 primus]
 unus Ly 7 in] de Ly 8 ordine] Fratrum *added* Ly 8 et] qui fuit Ly
 8 secundus] autem *added* Bb; etiam *added* Vc 8 etiam] *omitted* Ly Vc
 9 de ordine] *omitted* Ly 9 de] in Vc 9–11 qui ... minorum] *omitted* Ly
 9–10 opiniones] theologie *added* Vc 12 ita] *omitted* Bb 12 quod] quod
added Vc 13 alias] aliquas Vc 14 spectat] opinatos *added* Ly 14 a ...
 opinatos] theologorum Ly 14 damnare] condemnare Ly 14–15 qualiter]
 ad ista *added* Ly 15 ad ... instantias] *omitted* Ly 18 condemnavit ...
 condemnando] damnavit damnando veritatem Ly 18 scilicet] videlicet Bb
 20 namque] *omitted* Ly 20 absque ... veritati] quis possit et valeat abs-
 que temeritate damnabili veritatis Ly 21 de] *omitted* Bb 21 nunquam]
 nunquam *added* Bb 21 veritas] *omitted* Vc

4–12 On the condemnations by Tempier, Kilwardby and Pecham see Gilson, *History of Christian Philosophy*, pp. 406, 359. On John XXII's revocation of the 1277 condemnation of opinions of Thomas Aquinas (after his death, so not *ipso vivente*) see Annaliese Maier and JP Torrell. On the Franciscan condemnation of Peter John Olivi see David Burr, *Olivi and Franciscan Poverty*, chapter 4, p. 88ff and pp. 109 and 125; see also Leo Amorós, "Series condemnationum et processuum contra doctrinam et sequaces Petri Ioannis Olivi", *Archivum franciscanum historicum*, 24 (1931), pp. 399–45. This is a document that may have been composed by Bonagratia of Bergamo, written post 1328. On p. 509 it mentions a chapter at Marseilles, called by Michael of Cesena in 1319, which examined the errors of Peter John Olivi and condemned them and passed sentence of excommunication against every brother who knowingly held and used his books.

lemniter et publice absque damnabili temeritate damnatur. Cum igitur multorum iudicio inter articulos damnatos Parisius continentur veritates quamplures, sequitur quod eadem universitas plures assertiones temerarie condemnavit. Istius sententiae fuerunt et sunt omnes illi qui extra Universitatem Parisiensem opiniones damnatas Parisius tenuerunt et tenent. Eiusdem etiam sententiae sunt omnes illi qui post **ante as in must be right** revocationem praedictae sententiae quantum ad opiniones Thomae, easdem opiniones Thomae prius damnatas nunc Parisius tenent et approbant publice vel occulte.

Discipulus: Miror quod dicis aliquos ante revocationem sententiae Parisiensis assertiones damnatas Parisius tenuisse, nisi forsitan ignoranter nescientes assertiones fuisse damnatas ibidem.

Magister: Volo te scire quod multi scienter nonnullas assertiones damnatas Parisius occulte et publice docuerunt. Unde et per certitudinem scio quemdam doctorem de ordine Praedicatorum assertionem damnatam Parisius publice ante praedictam revocationem determinasse, et cum contra se ipsum obiceret quod dicta assertio quam tenuit erat excommunicata Parisius respondit illam excommunicationem nequaquam mare transisse. Istius etiam sententiae Magister Godfridus de Fontibus fuisse videtur, determinans et in scriptis relinquens quod articuli damnati erant corrigendi.

Capitulum 22

Discipulus: Verba quae refert cogunt me incidentaliter interrogare si aliquae veritates cum assertoribus earundem fuerunt Pa-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 25 condemnavit] et added Bb Ly 26–28 et ... omnes] omitted Ly 29 quantum ad] quoad Ly 29 opiniones¹] opinionem Ly 30 thomae ... damnatas] omitted Vc 31 vel] et Ly 32 dicis] dicunt ut refert Ly 33 parisiensis] sancti Thomae Ly 33–34 nisi forsitan] forte quod hoc fecerunt Ly, forte Bb 33–34 forsitan] fortiter Vc 34 nescientes] tales added Bb Ly 36–37 et² ... certitudinem] omitted Ly 36 et²] omitted Bb 38 publice] omitted Ly 39 ipsum obiceret] obiceretur Ly 40 erat] esse Ly, esset Bb Vc 40 excommunicata] damnata Ly 41 illam excommunicationem] damnationem illam Ly 42 sententiae] fuit added Ly 42–43 fuisse ... determinans] et hoc determinasse videtur Ly 43 et] ut Ly 43 scriptis] scripturis suis Ly 43 relinquens] reliquit Ly 1 capitulum 22] Capitulum 20 Ly 2 refert] fatis Ly 3 aliquae] aliqui tenentes huiusmodi Ly 3 assertoribus] assertionibus Ly 3–5 fuerunt ... inciderunt] excommunicationem incurrerint Ly

Utrum Parisius fuerunt aliquando veritates damnatae et secundum hoc cogitandum de excommunicatione Ox

5 risius excommunicatae, an tenentes Parisius veritates easdem in
excommunicationis sententiam inciderunt, cum sententia lata ex
causa iniqua neminem involvere videatur.

Magister: Nonnulli putant quod si dicta sententia excommuni-
cationis aliquae assertiones catholicae excommunicatae fuerunt,
ipsa nullum tenentem veritatem damnatam de facto potuit quo-
10 quomodo ligare, nec talis debuit se reputare ligatum, licet alii
credentes dictam sententiam non esse iniquam ipsum tanquam
excommunicatum vitare debuerunt.

Hanc assertionem triplici ratione probare nituntur quarum, pri-
ma est haec. Secundum Innocentium tertium, ut habetur Extra,
15 De sententia excommunicationis, c. *Per tuas*, sententia excom-
municationis continens intolerabilem errorem non ligat; sed ex-
communicare assertionem catholicam est intolerabilis error; ergo
talis sententia nullum ligat.

Secunda ratio est haec. Nullus potest cogi ad malum; negare
20 autem assertionem catholicam est de se malum; ergo ad hoc per
nullam sententiam potest quis cogi, et per consequens sententia
ad hoc cogens est nulla. Sententia autem excommunicationis qua
excommunicatur catholica veritas, quantum est ex forma senten-
tiae, cogit negare catholicam veritatem; ergo talis sententia nulla
25 est, et per consequens neminem ligat.

Tertia ratio est haec. Sententia haeretici neminem ligat, ut ha-
betur 24, q. 1, c. *Audivimus*; sed si dicta sententia excommu-
nicationis se extendebat ad catholicas veritates, ferentes eandem
sententiam fuerunt haeretici, quia, si “dubius in fide est infidelis”,
30 multo fortius damnans sententialiter veritatem catholicam haere-
ticus est censendus; si autem ferentes dictam sententiam fuerunt
haeretici, ipsa nullum omnino ligavit.

Capitulum 23

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 8 assertiones ... fuerunt] fue-
rit iniqua Ly 12 debuerunt] debuerint Bb 25 consequens] sententia ad
hoc cogens est nulla. Igitur non meretur dici sententia excommunicationis
qua excommunicatur catholica veritas quantum est ex forma sententiae quia
cogit negare catholicam veritatem igitur talis sententia nulla est et per conse-
quens *added* Ly 27 *audivimus*] *audiamus* Ly 28 *extendebat*] *extendat* Ly
29 *fuerunt*] *sunt* Vc 29 *si*] *omitted* Ly 29 *infidelis*] *et haereticus* ergo
added Ly 1 *capitulum 23*] *Capitulum 21* Ly

14–15 col. 906 27 col. 967 29 Extra, De haereticis, c. 1, col. 778

Resolvitur de excommunicatione quod oportet presciri an sint primae assertio-
res dampnatae Ox

Discipulus: An excommunicantes ignoranter assertionem catholicam sint censendi haeretici postea diligenter inquiram, et ideo ad propositum revertaris, et quomodo ad praefatam instantiam de Universitate Parisiensi aliter respondetur enarra. 5

Magister: Sunt quidam dicentes quod dicta Universitas multas assertiones temerarie excommunicavit, non quia illas assertiones putent sapere catholicam veritatem, sed quia quomodo repugnent fidei orthodoxae non apparet. Alii dicunt quod ideo dicta excommunicatio fuit temeraria reputanda quia excommunicantes potestatem quam non habebant indebite usurparunt, et ideo iuste fuit postea eadem sententia revocata. Adhuc est quarta responsio, quod episcopus Parisiensis auctoritate apostolicae sedis rite eandem tulit sententiam; damnare autem assertionem haeticam auctoritate sedis apostolicae ad inferiorem summo pontifice potest licite pertinere. 10 15

Discipulus: Si tam damnans solemniter assertionem catholicam quam revocans ritam et iustam damnationem haeticae pravitatis sit iudicandus haeticus, de quo inferius interrogationes tibi proponam, videtur necessario concedendum quod vel ferentes dictam sententiam excommunicationis contra opiniones Thomae vel postea revocantes eandem sunt inter haeticos computandi. 20

Magister: Quibusdam videtur quod tantum ferentes, aliis quod revocantes, sunt haeticus reputandi, sed qui verius dicant sciri non potest nisi praecognito an assertiones damnatae et postea revocatae haeticae vel catholicae sint censendae. 25

Capitulum 24

Discipulus: De ista instantia ad presens te non amplius intro- mittas, sed dic quomodo ad secundam instantiam respondetur.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 2 ignoranter] ignorantes Ly 4 revertaris] revertar Ly 4 praefatam] sententiam seu added Ly 5 aliter] qualiter Ly 6 dicta universitas] Universitas Parisiensis Bb Ly 7 excommunicavit] et ideo added Ly 8 putent] putant Bb Ly 8 catholicam] orthodoxam Ly 8 quia] quo added Ly 8-9 repugnent] repugnant Ly 14 haeticam] catholicam Vc 17-18 catholicam] haeticam Vc, aliter catholicam Vcm 20 proponam videtur] proponentur Ly 20 concedendum] est added Ly 20 vel] omitted Ly 21 thomae] theologiae Ly 22 sunt] sint Ly 23 tantum] tam Vg; omitted Bb Ly 23 aliis] alii Ly 23 quod²] quae Ly, quam Vg 25 praecognito] praecognoscendo Ly 1 capitulum 24] Capitulum 22 Ly 2 ad presens] omitted Bb Ly

3 secundam: 21.6

Respondetur ad secundam instantiam de archiepiscopis quod pro peccatis defectu temere dampnarunt Ox

5 **Magister:** Instantia illa comprehendit duas, quarum prima est
de primo archiepiscopo, qui fuit ordinis Praedicatorum, secun-
da est de secundo archiepiscopo, qui fuit ordinis Minorum. De
primo diversimode dicitur a diversis. Dicunt enim quidam quod
10 damnatio sua temeraria existebat, eo quod veritates, ut dicunt,
condemnavit; unde et quidam alius archiepiscopus ipsum de dic-
ta damnatione acriter reprehendit, scribens eidem epistolam in
qua manifeste asseruit quod veritates damnaverat. Multi tamen
putantes ipsum veritates plures temere condemnasse quod fuerit
haereticus nequaquam affirmant, quia, ut dicunt, nullam verita-
tem catholicam sed plures veritates philosophicas condemnavit:
15 de assertionibus enim grammaticalibus, logicalibus et pure philo-
sophicis in eadem damnatione se, ut asserunt, temere intromisit.

Discipulus: An iste propter dictam damnationem fuerit haere-
ticus reputandus vel non sciri non posset nisi assertiones discute-
rentur quas damnavit, quod ad praesens non intendo. Sed posito
20 quod damnasset aliquam assertionem quae in rei veritate est pure
philosophica tanquam haereticam, nunquid fuisset haereticus?

Magister: Quidam dicunt quod sic, quia pertinaciter asserens
aliquid esse de substantia fidei quod ad fidem non pertinet est
haereticus iudicandus.

25 **Discipulus:** De hoc postea perscrutabor, et ideo ad propositum
revertere principale, et dic an aliqui alii praeter archiepiscopum
de quo dixisti censuerint fuisse temerariam damnationem prae-
dictam.

30 **Magister:** Plures alii ipsam fuisse temerariam reputarunt. Plu-
res enim doctores et scholares Parisienses assertiones damnatas a
dicto archiepiscopo publice tenuerunt. Nam opinionem Thomae
de unitate formae in homine inter alias condemnavit, et tamen
tu scis quod plures Parisius ipsam publice tenent et defendunt ac
docent; et ita est de multis aliis.

35 **Discipulus:** Dic aliam responsionem ad instantiam secundam.

Magister: Alii dicunt quod dictus archiepiscopus articulos il-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 5 ordinis] de ordine Ly 7 diversimode]
diversis modis Ly 10 eidem] ei Ly 11 tamen] enim Ly 12 plures teme-
re] omitted Bb Ly 15 enim] autem Ly 17 dictam] illam Ly, illam added
Bb 18 vel non] omitted Bb Ly 18 posset] potest Ly 20 pure] prae-
cipue Ly 21 philosophica] physica Ly 22 asserens] dicens Ly, omitted Bb
23 substantia] veritate Ly 25 et] omitted Bb Ly 26–27 archiepiscopum ...
quo] archiepiscopos de quibus Ly 27 censuerint] senserunt Ly 29 reputarunt]
reputaverunt Vc 35 secundam] supradictam Bb Ly 36–37 articulos illos]
dictos articulos Ly

los temere condemnavit, non quia inter illos veritates aliqua sint damnatae, sed quia sibi potestatem damnandi quam non habuit usurpavit.

Discipulus: Isti reprehendendo dictam damnationem primo fundamento solummodo, scilicet quod nullus inferior summo pontifice habet potestatem aliquam assertionem tanquam haereticam condemnandi, inniti videntur. 40

Magister: Non est ut dicis, quia isti non solum innituntur fundamento praefato, sed etiam asserunt quod assertiones pure philosophice, quae ad theologiam non pertinent, non sunt ab aliquo solemniter condemnandae seu interdicendae, quia in talibus quilibet esse debet liber ut libere dicat quid sibi placet; et ideo, quia dictus archiepiscopus damnavit et interdixit opiniones grammaticales, logicales et pure philosophicas, sua sententia fuit temeraria reputanda. 45 50

Discipulus: An liceat alicui tales assertiones damnare nolo ad praesens inquirere, sed indica si ad saepe dictam instantiam aliter respondetur.

Magister: Sunt quidam dicentes quod quilibet episcopus habet potestatem damnandi haereses ex quo sibi patenter innotescit quod fidei obviant orthodoxae. 55

Discipulus: Isti negant quod prius probasti, scilicet quod sola apostolica sedes potest terminare quaestionem motam de fide. Unde non curo quod plus loquaris de isto archiepiscopo, sed dic quid dicitur de alio. 60

Magister: Quidam putant ipsum temerarie condemnasse opiniones Thomae quia continent veritatem, quidam autem quia ad eum quamcumque assertionem damnare minime pertinebat. Quidam vero dicunt quod rite damnavit, quia illae opiniones fidei obviant orthodoxae, eo quod tota opinio de unitate formae in homine doctrinae ecclesiae manifeste repugnat, quae docet quod idem fuit corpus Christi vivum et mortuum; et quilibet episcopus habet potestatem damnandi assertiones doctrinae ecclesiae repugnantes. 65 70

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 37 illos] illas Bb Ly 38 damnandi] omitted Bb Ly 40 primo] omitted Vc 41 fundamento] fundando Vc, aliter fundamento Vcm 41 scilicet quod] quod scilicet Ly 45 pure] praecipue Ly 45–46 philosophice] physicae Ly 48 quid] quod Bb Ly 50 philosophicas] physicas Ly 52 liceat] licet Ly 55 dicentes] tenentes Bb Ly 57 obviant] obviat Vc 61 dicitur] etiam added Ly 61 alio] secundo Ly 66 eo] et Ly 66 tota] illa Ly

58 prius: 20.21 61 alio: 21.8

Capitulum 25

Discipulus: Narra quomodo respondetur ad tertiam instantiam, de ordine Minorum, qui damnavit doctrinam Petri Iohannis.

Magister: Ad illam multipliciter respondetur. Ad cuius evidenti-
 5 dentiam debes scire quod de doctrina Petri Iohannis diversi diversimode sentiunt. Quidam enim putant totam doctrinam suam esse catholicam. Quidam aestimant quod nihil in ea invenitur quod haeresim sapiat manifestam, multa tamen falsa et fantastica continet, et praecipue cum futura praedicit. Alii reputant quod haereses
 10 continet manifestas.

Primi et secundi tenent quod ordo Minorum dictam doctrinam temerarie condemnavit: imo nonnulli putant quod damnantes incurrerint haeticam pravitatem, quia sententialiter damnare catholicam veritatem efficit damnantem haeticum pertinacem.
 15 Tertii variantur: quidam enim, licet reputent doctrinam Petri Iohannis esse haeticam, tamen asserunt quod ordo antedictus temere condemnavit eandem, potestatem quam non habuit usurpando. Alii dicunt quod condemnantes nequaquam temere processerunt, quia processerunt auctoritate papae; dicunt enim quod Nicolaus quartus eandem doctrinam mandaverit condemnari. Tertii
 20 dicunt specialiter de capitulo Massiliensi quod non temere condemnavit praefatam doctrinam, quia solum damnavit—vel potius damnatam declaravit seu pronunciavit—illa quae prius per concilium generale vel per aliquem pontificem Romanum damnata
 25 fuerunt, vel quae aperte contradicebant scripturae divinae.

Discipulus: Ista ultima sententia magis mihi placet, pro eo praecipue quod nec ordini antedicto attribuit usurpasse potestatem quam non habuit, nec damnationi Domini Iohannis papae

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 1 capitulum 25] Capitulum 23
 Ly 4 illam] tertiam Bb 13 incurrerint] incurrerunt Bb Ly 15 variantur]
 variant Ly 15–16 iohannis] *omitted* Bb 16 asserunt quod] Sc: *omitted*
 Ww 17 eandem] eadem Vc 18 alii] *omitted* Bb 19 quia processerunt]
omitted Bb 19 dicunt enim] et dicunt Ly 19 enim] *omitted* Bb
 20 mandaverit] mandavit Bb Ly 21 de] illo *added* Ly 21–22 condemnavit]
 condemnauerunt Vc 22 praefatam] praedictam Bb Ly 23 damnatam]
 damnata Ly 23 illa] ea Ly 26 ista] illa Bb Ly 27–28 potestatem] antedictam
added Ly 28 damnationi] sanctissimi patris *added* Bb Ly 28 iohannis]
 Innocentii Ly

2 tertiam: 21.10

Multiplex opinio circa doctrinam petri iohannis quam dampnavit ordo minorum Ox

vicissimisecondi noscitur obviare, et ideo ipsam quantum potes
fulcire nitaris.

Magister: Istam sententiam declarare non possem, nisi articulos condemnatos et acta ordinis saepe dicti ac etiam doctrinam praefati Petri de qua dicti articuli sunt accepti haberem. Tu autem scis quod nullum habeo praedictorum, et forte illi de ordine nollent mihi communicare eadem.

Capitulum 26

Discipulus: Ex quo istam ultimam sententiam declarare non potes, declarationem eiusdem usque ad aliud tempus, si forte praedicta ab eodem ordine habere potueris differamus; et dic an aliqui teneant quod aliquis inferior summo pontifice possit interdicare et precipere assertiones aliquas non teneri, licet eas damnare non possit.

Magister: Sunt nonnulli putantes quod licet nec aliquod collegium inferius concilio generali nec aliquis inferior summo pontifice valeat licite quamcumque assertionem non damnatam explicitate tamquam haereticam excommunicare vel damnare licet tamen collegiis aliis et praelatis inferioribus papa assertiones erroneas ex causa rationabili interdicare et praecipere quod nullatenus publice defendantur. Et ideo dicunt quod si Universitas Parisiensis et Cantuarienses archiepiscopi saepe fati ex causa rationabili opiniones Thomae interdixissent, tantummodo praecipiendo quod publice eas nullus defenderet aut doceret Parisius, et ad sententiam excommunicationis et damnationis opinionum earundem nullatenus processissent, nil temerarium commisissent.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 29 potes] poteris Ly 30 nitaris] nitere Ly 32 condemnatos] damnatos Ly 32 doctrinam] fratris *added* Bb Ly 35 nollent] nolunt Ly 35 eadem] praedicta Bb Ly 1 capitulum 26] Capitulum 24 Ly 4 et] sed Ly 5 aliqui] sint qui *added* Ly 5–7 possit ... possit] valeat licite quamcumque assertionem non damnatam explicitate tamquam haereticam excommunicare vel damnare Bb **significant agreement of Bb with other group** Ly 8–11 sunt ... damnare] ad hoc responderent quidam dicentes quod licet non liceat alicui inferiori papa damnare etc. Bb **significant agreement of Bb with other group** Vg, ad hoc responderent quidam dicentes quod quamvis non liceat alicui inferiori papa damnare etc. Ly 8 licet] Ba We: *omitted* Vc 14–15 cantuarienses] Cantuariensis Bb 17 nullus ... doceret] non defenderent ac docerent Ly 19 temerarium] temerarie Ly

Quod per inferiores summos pontifices possunt interdici assertiones sed non condemnari Ox

20 **Discipulus:** Quae potest esse causa rationabilis praecipendi
opiniones aliquas publice non teneri ?

Magister: Dicunt quod pro scandalo et schismate aliisque malis et periculis evitandis possunt opiniones aliquae, etiam verae, quandoque rationabiliter interdici.

25 **Discipulus:** Nunquid fuit unquam aliquod scandalum de opinionibus Thomae?

Magister: Saepe audivi a multis Anglicis enarrari quod de opinione Thomae de unitate formae, quando conclusiones quae sequuntur ex ipsa explicabantur, scandalum fuit in Anglicano populo infinitum.

30 **Discipulus:** Quae fuerunt illae conclusiones sequentes ex opinione de unitate formae quae expresse scandalizabant populum ?

Magister: Secundum istos subscriptae sunt: Quod corpus Christi non fuit idem numero vivum et mortuum; quod corpus quod iacuit in sepulchro Christi in triduo nunquam fuit corpus Christum dum viveret; quod corpora et reliquiae quae a fidelibus pro corporibus sanctorum et reliquiis venerantur nunquam fuerunt corpora nec partes sanctorum dum viverent; quod corpora mortua nunquam fuerunt corpora viventium; quod caro mortua nunquam fuit viva.

Discipulus: Satis exemplificasti de conclusionibus sequentibus ex opinione de unitate formae substantialis, et ideo ad propositum redeundo explica rationes si quae sunt pro assertione praedicta.

45 **Magister:** Assertionem suam probant isti tali ratione. Omne illud quod potest licite praetermitti a subditis potest ex causa rationabili a praelatis et iurisdictionem habentibus super subditos interdici, nam qui praeest potest et debet in omnibus utilitati omnium providere et periculis obviare, et in talibus licitis et honestis

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 20 quae] an Ly 20 rationabilis] rationalis Vc 23 etiam] et Ly 23–24 verae quandoque] quaestiones verae Ly 25 aliquod] ad Bb 27 anglicis] et Britonibus added Ly 27 enarrari] enarrare Ly Vc 29–30 anglicano populo] Anglia prope Ly 31 fuerunt] omitted Bb 31–32 opinione] Thomae added Ly 35 mortuum] et added Ly 35 corpus] Christi added Bb Ly 36 christi¹] omitted Bb Ly 36 in²] ipso added Ly 37 corpora] corpus Ly Vc 39 quod] nec Ly 40 nunquam¹] unquam Ly 42 exemplificasti] certificasti Ly 46 isti] omitted Ly 48 subditos] subditis Bb 49 praeest] omitted Ly 49 potest] omitted Bb 49 in] omitted Ly 49 utilitati] utilitatibus Ly 49–50 omnium] intendere et added Ly; intendere added Bb 50 providere] potest added Ly

oportet subditos obedire, ut colligitur ex sacris canonibus 11, q. 3, c. *Si autem* et c. *Si quis* et c. *Absit*; sed opiniones aliquas non defendere nec docere est licitum, imo quandoque necessarium et expediens; ergo et potest a praelatis et collegiis iurisdictionem habentibus ex causa rationabili interdici. 55

Discipulus: Secundum hanc rationem liceret quandoque praelatis interdicare veritates, nam quandoque tacere veritatem est expediens.

Magister: Interdicere veritatem omnibus et pro omni tempore nemini licet, secundum istos; aliquibus tamen et pro aliquo tempore imperare ne aliquas veritates docere praesumant licet, sicut dixit Apostolus, “Mulieri docere non permitto”, et Dominus in evangelio ait, “Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos”. Ex quibus colligitur quod nec omnibus nec omni tempore veritatem expedit praedicare aut docere vel defensare. 60 65

Discipulus: Ex hoc videtur quod nulli licet opiniones seu assertiones quas damnare nequit omnibus et pro omni tempore interdicare, licet aliquibus et pro aliquo tempore ipsas licite interdicare possit. 70

Magister: Hanc conclusionem ipsi concedunt, et ideo signanter dicunt quod “ex causa rationabili” licet inferioribus aliquas assertiones interdicare, per hoc insinuant quod cessante causa cesset interdictum.

Capitulum 27

Discipulus: Licet circa praedicta mihi multae dubitationes occurrant, illis tamen omissis ad intentum principale revertor. Mihi

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 53 nec] non Ly 54 et¹] omitted Bb Ly Vc 55 rationabili] rationali Vc 58 expediens] exponens Bb 60 nemini] non Bb Ly 60 istos] sed added Ly 60 tamen] tantum Ly 61 imperare] impedire Ly 61 docere] doceri Ly Vc 62 dixit] dicit Ly 64 quibus] verbis added Ly 65 expedit] vel added Ly 65–66 defensare] defendere Bb Ly 68 quas] aliquas Ly 68 nequit] neque Ly 70 possit] possint Bb Ly 74 cesset] cessat Ly, cesseret Bb 1 capitulum 27] Capitulum 25 Ly 3 omissis] praetermissis Ly

51–52 col. 646 52 col. 646 52 col. 647 62 1 Timothy 2:12 63–64 Matthew 7:6

Quod triplici fundamento debent inniti concilium et summus pontifex circa diffinitiones fidei, et ponitur opinio quod papa sit indamnabilis nec tenetur credere concilio generali vel quibuslibet aliis Ox

5 autem videtur probabile quod nullus inferior papa potest aliquam
assertionem non damnatam explicite tanquam haeticam excom-
municare vel damnare explicite, sed adhuc ignoro cui fundamento
papa vel concilium generale in damnando explicite aliquam as-
sertionem tanquam haeticam debet inniti. Unde de hoc quid
sentiunt literati dicere non postponas.

10 **Magister:** Circa interrogationem tuam opiniones contrarias re-
citabo. Sunt enim quidam dicentes quod tantae auctoritatis est
papa quod ad placitum potest quamcumque assertionem tanquam
haeticam condemnare, et isti videntur esse imitatores sequa-
cium Sergii papae, persecutoris papae Formosi, qui, ut in quodam
15 libro de antiquissima litera legitur, in tantum volebant papam ex-
tollere quod asserebant papam non posse damnari sed quod quic-
quid faceret salvaretur. Ita isti dicunt quod quicquid papa diffinit
esse tenendum omnes catholicos oportet credere et tenere. Hinc
dicit glossa dist. 19, c. *Si Romanorum*, “Illud quod papa approbat
20 vel reprobat, nos approbare vel reprobare debemus” .

Discipulus: Ista assertio sonat quod papa non potest haeticari,
de quo postea interrogationem specialem habebo. Ideo de hoc
pro nunc transeas, et narra ut promisisti assertionem contrariam.

25 **Magister:** Alii asserunt manifeste quod papa et concilium ge-
nerale, ac etiam universalis ecclesia, si recte damnet aliquam
assertionem tanquam haeticam stricte loquendo, de assertione
haetica uni vel pluribus de tribus fundamentis debet inniti et se
patenter fundare.

30 Primum est scriptura sacra, et isti fundamento innitebantur
concilia generalia principalia haereses Arrii, Macedonii, Nesto-
rii, euticis et Dioscori condemnando. Sicut enim aliqua illorum
conciliorum condendo symbola in auctoritate scripturae divinae
se fundabant, testante Isidoro, qui, ut habetur dist. 15, c. 1, ait,

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 6 cui] quo Ly 7–8 assertionem] ■
non damnatam added Ly 11 sunt] dicunt Ly 11 dicentes] tenentes Ly
12 placitum] populum Vc 13 condemnare] damnare Ly 13 videntur]
dicuntur Ly 13–14 sequacium] omitted Ly 15 legitur] legi Bb Ly Vc
16 quod²] omitted Vc 18 omnes catholicos] omitted Bb Ly 19 19] 9 Ly
19 si] qui Bb 20 vel reprobat] omitted Bb 20 vel²] et Bb 23 transeas]
transeamus Ly 23 narra] monstra Ly 25 damnet] damnat Bb Ly, damnant
Vc 27 debet] debent Vc 29 scriptura sacra] super sacram scripturam Ly
30 arrii] Arri Ly 31 aliqua] aliqui Ly Vc 32 scripturae divinae] sacrae
scripturae Ly 33 testante] teste Bb Ly

19–20 s.v. reprobantur, col. 80 33–36 col. 34

“Sancti patres in concilio Niceno, de omni orbe terrarum convenientes, iuxta fidem evangelicam et apostolicam, secundum post apostolos symbolum tradiderunt”, ita haereses damnando pro fundamento sacras literas posuerunt. Sic etiam Alexander tertius, damnando assertionem dicentem quod Christus non est aliquid secundum quod homo, in hac veritate a scriptura divina accepta, “Christus est verus Deus et verus homo”, se fundavit. Sic etiam sancti doctores haereses reprobando ipsas per scripturas sacras convincere conabantur, sicut ex libris eorum patenter habetur. Unde et Isidorus, ut habetur 24, q. 3, c. *Quidam autem*, plures haereses per scripturam sacram arguit evidenter.

Secundum fundamentum est doctrina apostolica in scriptis apostolicis non redacta sed quae relatione succedentium fidelium vel in scripturis fide dignis ad nos pervenit. Et isti fundamento innititur Nicolaus papa, qui, ut ex capitulo eius in decretis dist. 22 inserto patenter colligitur, diffinit haereticum fore censendum dicere Romanam ecclesiam non esse caput omnium ecclesiarum. Cum tamen de hoc in scripturis sacris mentio minime habeatur sed hoc apostoli tradiderunt et docuerunt fideles, quae doctrina relatione fidelium sibimet succedentium et scripturis sanctorum patrum ad nos pervenit. Pro hoc faciunt rationes ac auctoritates quas supra cum tractarem interrogationem tuam quae veritates sunt catholicae reputandae adduxi.

Tertium fundamentum est revelatio vel inspiratio nova divina. Si enim aliqua veritas aeterna de his quae pertinent ad salutem de novo revelaretur ecclesiae, illa esset tanquam catholica approbanda, et omnem falsitatem ei contrariam posset ecclesia et etiam papa tanquam haereticam condemnare. Et quamvis isti exemplum nesciant invenire, quod umquam ecclesia aliquam haeresim condemnando se in tali revelatione vel inspiratione fundaverit, tamen

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 35 evangelicam] catholicam Bb Ly 35 secundum] omitted Ly 36 tradiderunt] et added Vc Vg 36 ita] isti Ly, ista Bb 36 damnando] condemnando Bb Ly 40 verus²] omitted Ly Vc 41 haereses] omitted Ly 41 sacras] omitted Ly 42 ex] in Ly 43 quidam autem] notandum Ly 44 scripturam sacram] scripturas sacras Bb Ly 45 scriptis] scripturis Ly 46 quae] Pa: omitted Ww 47 in] omitted Bb Ly 47 scripturis] scriptis Bb 48 ut] Sc: habetur added Bb Ly Vc Vg 48 ex] omitted Ly 48 eius] omnes Ly 49 inserto] ubi Ly 49 diffinit] diffiniens Ly 52 doctrina] doctrinae Ly 53 sibimet] sibi Ly 54 pervenit] pervenerunt Ly 58 de his] omitted Ly 58 pertinent] pertinet Ly 59 esset] et Bb

43 col. 1001 48–49 c. *Omnes*, col. 73 55 supra: 3.10

65 dicunt quod hoc non est impossibile, quia posset Deus, si sibi placeret, multas veritates catholicas noviter revelare vel inspirare.

Discipulus: Quid si papa vel generale etiam concilium dicat sibi aliquam veritatem esse revelatam a Deo vel etiam inspiratam? Nunquid alii fideles credere astringuntur?

70 **Magister:** Dicunt isti quod absque miraculo manifesto non est credendum eis, quia non sufficit nude asserere quod est eis veritas revelata vel etiam inspirata, sed oportet quod talem revelationem seu inspirationem miraculi operatione confirment aperta.

75 **Discipulus:** Quid dicerent isti si omnes christiani nullo excepto aliquam veritatem tanquam catholicam firmiter acceptarent quam tamen nec ex scripturis divinis nec ex aliqua doctrina ecclesiae precedenti possent ostendere ?

80 **Magister:** Dicunt quod talis veritas esset tanquam catholica acceptanda, quia talis concors adhaesio omnium christianorum nullo excepto alicui assertioni huiusmodi sine miraculo non posset contingere. Cum enim omnes fideles firmissime teneant quod, iuxta promissionem Salvatoris Matthaei ultimo, “Vobiscum sum usque ad consummationem seculi”, ecclesia universalis nunquam errabit, constat quod sine inspiratione divina speciali nunquam ecclesia universalis assertioni quae non dependet ex doctrina ecclesiae praecedenti firmiter adhaerebit; et ita si umquam tali veritati adhaerebit, miraculose adhaerebit, et ideo tunc miraculum fieri esset credendum.

90 **Discipulus:** Quid sentiunt si omnes christiani praeter paucos vel unum assertioni tali, quae ex doctrina ecclesiae praecedenti probari non posset, noviter adhaerent?

95 **Magister:** Dicunt quod si unus solus dissentiret non esset talis veritas acceptanda, quia in uno solo potest stare tota fides ecclesiae, quemadmodum tempore mortis Christi tota fides catholica in sola Beata Virgine remanebat. Nec est credendum quod omni tempore post tempora apostolorum sint aliqui magis accepti Deo quam fuerunt apostoli ante mortem Christi; si igitur Chri-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 65 vel] etiam *added* Bb 74 veritatem]
 assertionem Ly 74 catholicam] haeticam Ly 75–76 ecclesiae preceden-
 ti] ab ecclesia procedente Ly 76 precedenti] precedente Bb 79–80 posset]
 potest Ly 85–86 ita ... et] *omitted* Ly 90 noviter] *omitted* Bb Ly 90 adhaerent]
 adhaereret Bb 91 talis] *omitted* Bb 93 catholica] ecclesiae Bb Ly 94 est]
 etiam *added* Ly 95 sint] fuerint Ly 96 fuerunt] fuerint Ly

stus post crucifixionem suam permisit cunctos apostolos a fide catholica deviare et solam Beatam Virginem firmiter permanere in fide, temerarium est asserere quod nunquam ante finem mundi Deus permetteret totam multitudinem christianorum praeter unum a fide recedere orthodoxa. 100

Discipulus: Ista nescio improbare, sed videtur quod ad hoc quod omnes catholici teneantur alicui veritati noviter revelatae firmiter adhaerere non sufficit eam operatione miraculi confirmare, cum per malos et infideles fiant miracula, sicut ex verbis evangelii Matthaei 7 colligitur, ut apparet, Christo dicente, “Multi dicent mihi in illa die, ‘Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?’ Et tunc confitebor illis, ‘Quia nunquam novi vos’”, hoc est nunquam approbavi vos. Huic etiam concordat glossa Extra, De haereticis, *Cum ex iniuncto*, dicens “Quandoque miracula fiunt per malos”. 105 110

Magister: Ad istam objectionem respondent dicentes quod, licet per malos fiant miracula, nunquam tamen fit verum miraculum ad confirmationem falsitatis assertae per malos, et ideo quando docent aliquem errorem ad confirmationem illius erroris nunquam fit verum miraculum, sed si praedicant veritatem, quamvis sint mali, fiunt aliquando miracula ad confirmationem veritatis. Sic Iudas proditor, quamvis fuerit malus, quia tamen docuit veritatem miracula faciebat. Quando ergo fit miraculum verum ad assertionem aliquam confirmandam, tenendum est indubie quod talis assertio pro vera debet haberi, sive illi quibus revelata fuerit inter bonos sive inter malos fuerint computandi. 115 120

Discipulus: Ista responsio est apparens. Unde quae dixisti de ista secunda sententia sufficient; sed si nosti alios aliter dicere non differas indicare. 125

Magister: Nonnulli putant quod tam concilium generale quam etiam papa in damnando aliquam assertionem tanquam haereti-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 100 permetteret] permittat Bb Ly 103 quod] ut Bb Ly 105 miracula] mirabilia Ly 106 ut] et Ly 107 domine²] *omitted* Bb Vc 108 tuo] tua Ly 109 et tunc] *omitted* Ly 109–110 nunquam¹] *omitted* Vc 111 dicens] ubi habet quod Ly 112 miracula] mirabilia Ly 114 miracula] mirabilia Ly 114 verum] unum Vc 118 mali ... aliquando] *omitted* Bb 118 mali] male Ly 118 miracula] mirabilia Ly 119 sic] sicut Bb Ly 121 ad] *omitted* Bb 122 haberi] et hoc *added* Ly 123 fuerit] fuerint Ly 123 fuerint computandi] computentur Ly 125 alios] aliquos Bb Ly

106–110 Matthew 7:223 111–112 s.v. miraculi col. 1678

130 cam in sola scriptura sacra debet se fundare, quia solae veritates
in scriptura sacra contentae et quae sequuntur ex eis catholicae
sunt censendae. De hac sententia tractatus praecedens te poterit
informare.

Capitulum 28

Discipulus: Satis adverto ex praecedentibus quomodo ista sen-
tentia fulciri poterit et quomodo etiam poterit improbari, et ideo
ad quaestionem aliam me converto. Adhuc enim nescio an, ad hoc
5 quod catholici aliquam assertionem habere debeant pro damnata
explicite, oporteat in damnatione talem, vel aequipollentem, mo-
dificationem seu specificationem vel determinationem “tanquam
haereticam” vel “contrariam catholicae veritati” adiungere, tali-
ter vel aequipollenter proferendo sententiam, “Talem assertionem
10 tanquam haereticam vel catholicae veritati inimicam damnamus”.
Unde circa hoc unam vel plures narra sententias.

Magister: Ad hoc dupliciter respondetur. Quidam enim di-
cunt quod talis determinatio vel modificatio seu specificatio in
sententia est ponenda ad hoc ut assertio improbata pro haeresi
15 damnata explicite habeatur, quia dicunt quod assertio quae non
est damnata tanquam haeretica pro haeretica haberi non debet.
Alii dicunt quod ad hoc quod aliqua assertio pro haeretica ha-
beatur, sufficit absque tali determinatione vocali quod ipsa falsa
assertio reprobetur vel veritas contraria explicite approbetur et
20 quod talis approbatio vel reprobatio fundetur in catholica verita-
te. Sic Alexander tertius, reprobans et interdicens ne aliquis dicat
Christum non esse aliquid secundum quod homo, suam reproba-
tionem fundavit in veritate catholica ista, videlicet “Christus est
verus Deus et verus homo”. Et ideo voluit quod dicta assertio pro

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 129 sacra] divina Bb 130 sacra]
omitted Vc 1 capitulum 28] Capitulum 26 Ly 3 poterit¹] potest Ly
6 damnatione] damnationem Ly 6–7 modificationem ... determinationem]
modificationem vel specificationem vel determinationem Ly 8 contrariam] *omit-*
ted Ly 8 catholicae veritati] veritati catholicae inimicam Ly 11 narra]
monstra Ly 12 hoc] dicunt seu *added* Ly 13 vel] *omitted* Bb 13 seu
specificatio] *omitted* Ly 16 pro haeretica²] *omitted* Ly 16 pro] vel Bb
17 aliqua] *omitted* Ly 17 assertio] quae non est damnata tanquam *added*
Ly 18 tali] *omitted* Bb 18 vocali] *omitted* Ly 19 reprobetur] impro-
betur Vc

131 tractatus praecedens: cap. 1 ff.

Ponuntur due sententiae an in diffinitionibus fidei requiratur verbum approba-
tionis vel reprobationis Ox

haeretica haberetur, licet talem determinationem “tanquam haereticam condemnamus” vocaliter in sua prohibitione nequaquam expresserit. 25

Hoc etiam ratione probatur. Nam veritas explicite approbata et in veritate catholica fundata pro catholica debet haberi; ergo et falsitas contraria debet haeretica iudicari; sed sive approbetur veritas sive damnetur contraria falsitas, semper veritas approbatur, quia reprobatio unius contradictoriarum est alterius approbatio et e converso; ergo talis assertio contraria veritati in fide fundata catholica haeretica est censenda et pro damnata explicite est habenda. 30 35

Capitulum 29

Discipulus: Adhuc habeo quod de haeresum damnatione interrogem. Mihi enim apparet quod omnis error qualitercumque, sive patenter sive latenter, scripturae divinae obvians et repugnans numero haeresum aggregetur. Constat autem quod theologi de his quae spectant ad scripturam sacram contrarie opinantur, qui tamen omnes opiniones suas scriptura divina fulcire nituntur et per eandem scripturam sacram opiniones contrarias reprobare moluntur; ergo aliquae dictarum opinionum contrariorum numero haeresum aggregantur. Nunquid ergo papa damnabiliter peccat negligendo huiusmodi haereses condemnare? 5 10

Magister: Quidam dicunt quod papa in nullo peccat permettendo theologos huiusmodi assertiones quae sunt in rei veritate haereticas opinando tenere, quod tali ratione videtur posse probari. Permittere licita non est peccatum, cum quandoque absque peccato illicita permittantur; sed huiusmodi errores qui non sunt damnati explicite opinando tenere est licitum, quia talis opinio, quamdiu opinans paratus est corrigi, opinantem non reddit haeticum; ergo absque peccato permittit papa theologos huiusmodi 15

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 26 condemnamus] condemnare Ly 26 prohibitione] probatione Ly 28 hoc] Hac Bb Ly 28 veritas] catholica added Vc 31 semper] omitted Bb Ly 34–35 est habenda] omitted Bb Ly 1 capitulum 29] Capitulum 27 Ly 5 aggregetur] aggregatur Bb Ly 6 contrarie] contraria Bb Ly Vc 7 divina] sacra Bb Ly Vc 12 peccat] omitted Bb 15 cum] etiam added Bb Ly 17 licitum] illicitum Ly 18 quamdiu] quando Ly 19 theologos] omitted Bb Ly

papa teneatur vacare circa reprobationem vel approbationem opinionum contrariorum in theologia fundantium se in sacra scriptura et ponuntur due sententiae Ox

20 errores, qui in rei veritate sunt haereses, opinando tenere.

Alii sentiunt quod plures summi pontifices damnabiliter peccaverunt permittendo haereses huiusmodi etiam opinando teneri, quod probant primo sic. Non solum haeretici sed etiam haereses sunt de ecclesia extirpandae, teste concilio generali, quod, prout habetur Extra, De haeticis, c. *Excommunicamus*, episcopos indicat deponendos qui super expurgando de suis diocesibus haereticae pravitate fermento negligentes fuerint vel remissi; ille ergo ad quem spectat ex officio sibi iniuncto haereses extirpare, si negligens fuerit vel remissus, de damnabili remissione vel negligentia excusari non potest; sed ad summum pontificem spectat totam ecclesiam de haeresibus, non solum iam damnatis explicitate sed etiam aliis quibuscumque, purgare; ergo qui tales haereses sustinuerunt teneri vel doceri damnabiliter peccaverunt.

35 **Discipulus:** Non videtur quod papa teneatur de novis haeresibus quae non sunt damnatae explicitate purgare ecclesiam, sed sufficit sibi quod eam purget vel purgatam conservet ab omni pravitate haeretica explicitate iam damnata.

40 **Magister:** Hoc improbant isti, dicentes quod papa qui haereses insurgentes de novo negligit improbare et damnare apostolos et sanctos patres, qui haereses pullulantes celerrime damnaverunt, nullatenus imitatur, quorum tamen vestigiis inhaerere oportet Romanum pontificem, si eis vult in coelesti patria aggregari. Peccaverunt ergo summi pontifices qui damnare huiusmodi haereses neglexerunt.

45 **Discipulus:** Apostoli et sancti patres ideo haereses damnaverunt quia invenerunt pertinaces huiusmodi haeresum assertores. Cum ergo theologi haeresum quas putant veritati catholicae minime obviare pertinaces non fuerunt assertores, non fuerunt haereses quas opinando solummodo docuerunt per Romanos pontifices condemnandae.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 20 qui] quae Ly 20 rei] *omitted* Bb Ly 20 tenere] teneri Bb Ly 21 summi] Romani Bb Ly 21 damnabiliter] in hoc *added* Bb Ly 22 permittendo ... teneri] *omitted* Bb Ly 23 primo] *omitted* Bb Ly Vc 23 sic] per hoc quod Ly 24 teste] testante Ly 26 indicat] iudicat Vc 26 qui] *omitted* Ly Vc 26 expurgando] extirpando Ly 27 fuerint] fuerunt Ly Vc 27 vel] sive Ly 28 ad] ex Bb 28 ex] de Ly 29–30 remissione ... negligentia] negligentia vel regimine Ly 31 iam] tam Vc 32 purgare] expurgare Ly 33 sustinuerunt] sustinent Bb Ly 34 novis] omnibus Ly 41 imitatur] imitantur Vc 43 huiusmodi] *omitted* Bb Ly 48 fuerunt¹] fuerint Bb Ly 49 quas] quorum Bb

Magister: Istam excusationem Romanorum pontificum isti dupliciter impugnare nituntur. Primo quia nescierunt an theologi suis opinionibus haereticalibus pertinaciter adhaerent, ex quo de hoc nullam inquisitionem omnino fecerunt; ergo in inquirendo veritatem ut periculis fidei obviarent negligentes vel remissi fuerunt. Secundo sic: Maiori periculo est fortius ac diligentius et celerius obviandum; sed ex haeresibus publice opinatis et dogmatizatis maius imminet periculum religioni Christianae quam ex consuetudinibus onerosis et pravis. quia, esto quod dogmatizantes suis opinionibus minime pertinaciter adhaerent, tamen timendum est ne simplices discipuli, audientes assertiones huiusmodi a magnis doctoribus edoceri et pro eis fortiter allegari et a catholicis nullatenus condemnari, ex apparentia rationum quas nesciunt solvere in adhaesionem pertinacem eisdem haeresibus inducantur, et ne errores pestiferi pro veritatibus catholicis incipiant venerari et pertinaciter defensari; sed consuetudines onerosae et pravae sunt celerrime comprimendae, ne “in privilegiorum ius ab impiis assumantur”, ut asserit Nicolaus papa, prout habetur dist. 8, c. *Mala*; ergo multo fortius haereses, qualitercumque pullulaverint, sunt evellendae radicitus et damnandae, ne a simplicibus et seducibilibus pro veritatibus catholicis approbentur.

Discipulus: Ista ratio ultima est apparens, sed prima omni apparentia carere videtur, quia secundum sacros canones non est de aliquo inquisitio facienda nisi prius fuerit diffamatus, ut habetur Extra, De accusationibus, c. *Qualiter et quando*, et in multis aliis locis; sed theologi de haeresibus nullatenus diffamati fuerunt; ergo de eis summi pontifices non debuerunt inquirere.

Magister: Dicunt isti quod ista excusatio non est sufficiens, quia licet theologi non fuerint diffamati quod essent haeretici, diffamabantur tamen quod haereses docuerunt; unde et multi theologi nunc putant quod alii theologi haereses dogmatizent, quavis nollent asserere quod sint inter haeticos computandi. Multi

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 52 nescierunt] nescirent Vc 53 haereticalibus] haereticalibus Ly 53 adhaerent] adhaeserunt Ly 54 in] omitted Ly 55 vel] et Bb Ly 56 ac] et **check witnesses: et or ac?** Bb Ly 61 ne] ut Bb 65 errores pestiferi] haereses pestiferae Ly 67 comprimendae] comprime Bb 67–68 impiis] ipsis Bb Ly 68 prout] ut Ly 69 mala] male Ly 72 omni] opinio Ly, omnino Bb 73–74 de aliquo] aliqua Ly 77 non] omitted Bb 78 sufficiens] diffiniens Bb 79 fuerint] fuerunt Ly 80 quod] quia Ly 80 et] etiam Ly 81 nunc] non Bb 82 nollent] nolint Bb Ly

enim, etiam forte cum assertione, putant quod omnes opiniones Thomae quae quondam fuerunt damnatae Parisius sunt haereticae iudicandae. Nonnulli etiam credunt omnes opiniones suas quas Cantuarienses archiepiscopi damnaverunt inter haereses computandas. Quidam enim firmissime credunt quod dicere voluntatem nihil posse velle contra actuale iudicium rationis sapiat haeresim manifestam, quia, ut dicunt, omne meritum tollit et demeritum. Quidam etiam credunt quod dicere in homine non esse nisi unam formam substantialem veritati obviat orthodoxae. Quidam etiam putant quod multae opiniones Scoti sint inter haereses numerandae. Dicere enim quod sapientia Dei ab essentia Dei ex natura rei quomodolibet distinguatur putant simplicitati divinae, et per consequens veritati catholicae repugnare. Idem sentiunt de unitate minori unitate numerali, et prioritatibus quas ponit in Deo, et de aliis quae opinatur quasi innumeris. Hoc idem de multis opinionibus Egidii multi existimant. Est ergo notorium quod theologi haereses dogmatizare notantur, quamvis haeretici minime reputentur. Propter talem ergo famam debuerunt summi pontifices pro inquisitione facienda moveri.

Discipulus: Forte talis fama ad summos pontifices non pervenit.

Magister: Dicunt isti quod hoc omni probabilitate caret, quia nullam verisimilitudinem habet quod damnationes opinionum Thomae et aliorum quae solemniter et publice pluries factae fuerunt Parisius et in Anglia summos pontifices latuissent, praesertim cum quidam de ordine Praedicatorum contra damnationem latam in Anglia ab archiepiscopo Cantuariensi contra quasdam opiniones Thomae ad curiam Romanam appellaverint et illa de causa accesserint ad eandem. Dicunt ergo quod, quamvis fama quod opinantes essent haeretici non pervenerit ad Romanos pontifices, ipsos tamen non latuit quod opiniones eorum damnatae fuerunt Parisius et in Anglia. Quare ad inquisitionem faciendam procedere debuerunt, exemplo sanctorum patrum qui, antequam Arrius,

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 83 enim] *omitted* Ly 84 sunt] sint Ly 85 iudicandae] item *added* Bb Ly 85 suas] *omitted* Ly 89 dicunt] hoc *added* Ly 90 etiam] certitudinaliter *added* Ly 92 sint] sunt Bb Ly 93 rei] illud Bb 94 distinguatur] contradicere *added* Bb Ly 96 ponit] ponunt Bb Ly Vc 97 opinatur] opinantur Ly 98 existimant] aestimant Ly 98 est] et Bb Ly 98 notorium] est *added* Ly 99–100 reputentur] reputantur Ly 101 moveri] moneri Ly 104 hoc] haec Bb 104 caret] carent Bb 104–105 quia nullam] nec Ly 110 appellaverint] appellaverit Bb 111 ergo] *omitted* Vc 113 fuerunt] fuerint Ly

Eumonijs, Macedonijs, Nestorius et alij multi pertinaces convincerentur haeresum defensores, de ipsis et eorum dogmatibus inquisitionem fecere solertem, exemplo etiam Innocentij tertij, qui, ut habetur Extra, De summa trinitate et fide catholica, c. *Damnamus*, quamvis Ioachim sui erroris nunquam fuerit pertinax defensor, et licet eidem errori solemnissimus tunc temporis doctor Ricardus de sancto Victore adhaeserit, quamvis non pertinaciter, ad inquisitionem et damnationem faciendas processit. 120

Capitulum 30

Discipulus: Ista exempla animum meum fortiter angunt, unde cupio scire si aliqui aliter dictos summos pontifices excusare nitantur.

Magister: Quidam per simplicitatem et imperitiam scripturarum eos excusant, dicentes quod a tempore Innocentij tertij non fuerunt aliqui summi pontifices in sacrarum literarum peritia excellentes, et ideo de intricatis et difficilibus quaestionibus se intromittere nullatenus voluerunt sed talia discutienda theologis reliquerunt, contenti his quae explicite approbata noscuntur. De opinionibus vero novis magis voluerunt iuxta consilium beati Hieronymi pie dubitare quam aliquid temere diffinire. 5 10

Discipulus: Ista sententia concordare videtur cum illis qui dicunt quod non ad canonistas sed ad theologos principaliter pertinet inter assertiones haereticas et catholicas iudicare. Plures enim post tempora Innocentij tertij fuerunt summi pontifices qui peritissimi in iure canonico extiterunt, licet in theologia non fuerint excellentes. Quare, si ad canonistas principaliter pertineret inter veritates catholicas et haereses iudicare, ipsi de non dam- 15

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 116 eumonijs] Eunomius Bb Ly 118 solertem] solertam Bb 119 habetur] *omitted* Bb Ly 120 fuerit] fuit Ly 121 defensor] defensor Bb Ly 121 solemnissimus] sollemnis Bb Ly 122 non] in Bb 122–123 pertinaciter] tamen *added* Ly 1 capitulum 30] Capitulum 28 Ly 5 simplicitatem] simplicem Bb 7 fuerunt] fuerant Bb 8 intricatis] intrinsecis Ly 9 voluerunt] debuerunt Bb Ly 13 concordare] correspondere Ly 14–15 pertinet] pertinent Bb 15 assertiones ... catholicas] veritates catholicas et haereses Bb Ly 15 haereticas] haereticas Vc 16 post tempora] prius tempore Vc 17–18 fuerint] fuerunt Ly 18 pertineret] pertinet Ly 19 de] *omitted* Ly

119–120 col. 6 11–12 Rather, Peter Comestor, PL, vol. 198, col.1643

Quod summi pontifices excusantur et si non intendunt ad determinandum super opinionibus contrariis theologie Ox

20 nando haereses inter theologos dogmatizatas modo praedicto excusari nequirent. Sed numquid si fuissent magistri in theologia excusari valerent ?

Magister: Dicunt isti quod sic, quia multi, ut asserunt, sunt in theologia **doctores better? No - should be genitive, and singular with nomen** doctoris nomen habentes per favores humanos et procuraciones indebitas ac ambitiones diabolicas ad magisterium exaltati, qui sacrarum litterarum sunt penitus imperiti.

Capitulum 31

Discipulus: Licet summi pontifices scripturae sacrae notitiam non habuerint excellentem, tamen per hoc non videntur aliququaliter excusandi, quia poterant doctos consulere et peritos; qui autem
5 potest habere copiam peritorum non potest per ignorantiam excusari. Talis ergo ignorantia scripturae divinae eos nequaquam excusat, nisi forte dicatur quod, quia in theologia et in philosophia antequam ad papatum essent assumpti nequaquam exercitati fuerunt, non poterant ad intelligendum tam subtiles difficultates
10 theologiae etiam per informationem peritorum attingere. Sed et hoc sufficere non videtur, quia, quamvis non potuissent intelligere informationes circa huiusmodi, debebant tamen credere informationibus aliorum, ut apparet, et per consequens iuxta informationem peritorum, quamvis eas per intellectum non caperent, ad
15 condemnationem haeresum procedere debuerunt. Unde et de hoc ultimo—an scilicet, si summus pontifex sacrarum scripturarum ignarus aliquam haeresim promulgatam, quamvis videre nequeat quomodo catholicae veritati adversatur, de consilio peritorum debeat condemnare?—quid teneant homines manifesta.

20 **Magister:** Quidam dicunt quod summus pontifex in hoc casu debet credere eruditis in scriptura sacra et iuxta eorum consilium, quamvis non videat quomodo haeresis dogmatizata veritati

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 20 dogmatizatas] damnatas Ly 21 numquid] nunquam Ly 25 doctoris] doctores Bb Ly Vc 26 ac] aut Ly 1 capitulum 31] Capitulum 29 Ly 2 sacrae] *omitted* Bb Ly 3 habuerint] habuerunt Bb Ly 7 dicatur] dicant Ly, dicam Bb 10 et] etiam Ly 11 potuissent] potuisset Bb 12 tamen] *omitted* Bb Ly 14 caperent] saperent Ly 16 scripturarum] litterarum Ly 19 debeat] valeat Bb Ly 19 quid] de hoc *added* Ly 19 homines] docti *added* Ly 22 dogmatizata] dogmata Bb

Utrum summus pontifex in dampnatione errorum aut diffinitione veritatum teneatur sequi consilia iuris peritorum ponuntur due sententiae Ox

repugnat, ad damnationem eiusdem procedere. Alii vero astruunt manifeste quod a quibuscumque et quotcumque papae dicatur aliquam assertionem haeticam esse censendam, ipse ad damnationem solemnem eiusdem nullo modo debet procedere nisi ipsemet aperte consideret—vel divina inspiratione vel propria meditatione vel librorum inspectione aut aliorum informatione vel aliquo alio modo—quod talis assertio veritati obviat orthodoxae. Dicunt etiam quod si omnes in generali concilio congregati praeter ipsum assererent talem assertionem esse haeticam, nisi suam sententiam miraculo confirmarent vel per informationes suas facerent ipsum advertere quomodo catholicae obviat veritati, non deberet eam, quantumcumque omnes instarent, solemniter condemnare, sed spectare teneretur, quousque vel per revelationem divinam vel per miraculi operationem facti ad talem haeresim reprobendam vel propria meditatione vel aliena informatione aut quovis modo sibi innotesceret manifeste quod talis assertio veritati repugnat catholicae.

Discipulus: Miror quomodo isti dogmatizare praesumunt quod unus homo mortalis, quacumque praeditus dignitate, magis debet adhaerere propriae fantasiae quam omnibus viris literatis et sanctis ad generale concilium convocatis.

Magister: Sententiam praedictam non capis, ut video. Non enim dicunt quod debet papa fantasiae propriae adhaerere, sed dicunt quod non debet propter verba hominum aliquam assertionem contra conscientiam vel praeter conscientiam propriam condemnare.

Discipulus: Videtur quod papa in hoc casu tenetur conscientiam suam secundum conscientiam tot et tantorum virorum formare.

Magister: Dicunt quod in his quae fidei sunt non debet papa inniti conscientiis hominum, sed soli auctoritati divinae.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 23 repugnat] repugnet Vc 23 damnationem] condemnationem Ly 23 astruunt] assumpserunt Ly 24 quotcumque] quicumque Ly 24 papae] omitted Ly 25–26 damnationem] eius added Bb Ly 26 eiusdem] omitted Bb Ly 27 consideret] consideraret Ly 33 quomodo] quo Ly 35 spectare] expectare Bb Ly 36 miraculi] mirabilem Ly 36 haeresim] haerese[m] Vc 38 sibi] omitted Bb 45 propriae] suae Bb Ly 46 non debet] omitted Ly 46 debet] omitted Bb 46 aliquam] nullam debet Ly 48 condemnare] damnare Bb Ly 49 in] omitted Ly 49–50 conscientiam] conscientiam] se conscientiis Ly 50–51 formare] conformare Bb Ly

Capitulum 32

Discipulus: Incipio magis advertere sententiam memoratam. Unde ipsam auctoritatibus vel rationibus munire coneris.

Magister: Pro ista sententia plures rationes auctoritatibus com-
 5 munitae possunt adduci, quarum prima est haec. Omnes praeter
 papam in generali concilio congregati non sunt maioris auctori-
 tatis quam Christus, nec omnibus illis magis est credendum quam
 Christo; sed si Christus venisset et veritatem catholicam inau-
 10 ditam praedicasset et ad confirmandum suam doctrinam nullum
 fecisset miraculum, Iudaei, licet suae predicationi minime credi-
 dissent, peccatum nullatenus habuissent; ergo multo fortius potest
 papa absque peccato sententiae omnium aliorum in generali con-
 cilio existentium, si per eos nullum fit miraculum ad suam sen-
 15 tentiam confirmandam, nec ipsi faciunt eum intelligere quomodo
 sua sententia in veritate catholica est fundata, minime adhaere-
 re, et per consequens non tenetur eos in eadem sententia sequi.
 Maior istius rationis est omni catholico manifesta. Minor aucto-
 ritate ipsius Christi probatur qui, ut legitur Iohannis 15, loquens
 de Iudaeis, ait, “Si opera non fecissem in eis quae nemo alius feci-
 20 cit, peccatum non haberent”, mihi scilicet non credendo. “Nunc
 autem et viderunt” miracula manifesta quae feci “et oderunt me
 et patrem meum”. Ex quibus verbis colligitur quod si Christus
 miracula non fecisset, Iudaei non credendo peccatum minime ha-
 buissent.

Discipulus: Si ista ratio concluderet sequeretur quod toti ec-
 25 clesiae universali fides minime esset adhibenda; imo posset ali-
 quis absque peccato assertionem quam hactenus praedicavit uni-
 versalis ecclesia, si non videret quomodo esset consona scripturae
 divinae, negare, cum tota congregatio quorumcumque mortalium
 30 non sit tantae auctoritatis quantae solus Christus, et ita, si Chri-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 1 capitulum 32] Capitulum 30
 Ly 9 confirmandum] confirmandam Bb 10 licet] *omitted* Ly 10–11 credidissent]
 credendo Ly 12 peccato] suae *added* Ly 12 sententiae] et *added* Ly
 13 fit] fiat Ly 18 qui] quia Ly 19 de] *omitted* Ly 20 mihi] *omit-*
ted Ly 21 viderunt] scilicet *added* Bb Ly 21 miracula] mirabilia Ly
 21 oderunt] me *added* Bb 28 videret] videtur Bb

18–22 John 15:24

Probantur tripliciter papam absque miraculo vel revelatione non teneri credere consilio vel aliis circa diffinitionem fidei nisi ipse primo intelligat sic verum esse Ox

sto non fuit credendum absque miraculo, nec toti ecclesiae est credendum nisi sententia ecclesiae aperto miraculo confirmetur.

Magister: Ad istam obiectionem tuam dicerent illi qui praedictam tenent sententiam quod adhaerendo sententiae universalis ecclesiae nemine discrepante, quando eadem sententia aliquo miraculo minime confirmatur, principaliter creditur Christo, cuius doctrina tota est miraculis innumeris confirmata. Invenitur enim expresse quod Christus promisit fidem suam usque ad finem saeculi duraturam. Ex quo sequitur quod nunquam ecclesia universalis errabit contra veritatem catholicam. Quare, si ecclesia universalis nemine discrepante docet aliquid esse tenendum tamquam catholicum, hoc firmiter est tenendum propter auctoritatem Christi, et non principaliter propter auctoritatem ecclesiae (licet quodammodo etiam propter auctoritatem ecclesiae sit tenendum), in quantum firma fide tenetur quod Christus docuit ecclesiam nunquam a fide catholica recessuram.

Discipulus: Hic possem quaerere multa de ecclesia quae errare non potest et de concilio generali, sed illa omnia duxi ad tempus aliud differenda. Et ideo ad principale propositum revertaris, et rationes compleas in quibus potest praedicta sententia se sententia se fundare.

Magister: Secunda ratio pro praedicta opinione est haec. Qui non propter miraculum aliquod nec propter auctoritatem scripturae divinae nec propter aliquam aliam auctoritatem quam videat sed ad instantiam hominum aliquam assertionem damnat solemniter, eandem damnationem in sapientia aut voluntate hominum vel instantia fundare videtur; damnatio autem pravitate haereticae et approbatio catholicae veritatis eidem fundamento debent inniti; ergo licet papae approbando aliquam catholicam veritatem in sapientia hominum vel voluntate aut instantia se fundare, quod doctrinae apostolicae manifeste repugnat. Ait enim Apostolus 1 ad Corinthios 2, "Praedicatio mea non in persuasibilibus huma-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 31 fuit] fuisset Ly 35 aliquo] alio Bb 37–39 invenitur ... duraturam] omitted Ly 37 enim] etiam Vc 40–41 errabit ... universalis] omitted Ly 41–42 tamquam ... tenendum] nisi Ly; omitted Bb 47 hic] omitted Ly Vg 49 differenda] disserenda Vc 52 qui] Quia si papa Ly 54 aliam] omitted Ly 55 ad] propter Ly 55–56 solemniter] in added Bb 57 videtur] videretur si Ly 58 debent] deberent Ly 59 ergo] ideo Ly 59 licet] liceret Ly 60 aut] et Ly 61 repugnat] repugnant Ly 62 2] 3 Ly 62 non] est added Bb Ly 62 persuasibilibus] ambiguous Bb Vc

61–64 1 Corinthians 2:45

nae sapientiae verbis sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides
 65 vestra non sit in sapientia hominum sed in virtute Dei". Ex quibus
 verbis patenter habetur quod fides papae non in sapientia homi-
 num, et per consequens multo magis nec in voluntate seu instantia
 hominum, debet consistere. Quare nec approbatio catholicae ver-
 70 ritatis in sapientia hominum nec in voluntate aut instantia debet
 fundari; et eadem ratione damnatio haereticae pravitate non de-
 bet fundari in aliquo praedictorum. Papa igitur ad hoc quod rite
 damnet haeticam falsitatem debet ad hoc vel per miraculum
 apertum induci, vel oportet eum cognoscere manifeste quomo-
 do talis falsitas veritati catholicae adversatur, ne fidem suam in
 sapientia hominum vel voluntate constituat.

75 Tertia ratio est haec. Propter illos qui possunt contra fidem er-
 rare non est aliqua assertio neque tanquam catholica approbanda
 neque tanquam haeretica condemnanda. Sed omnes magistri in
 theologia, et etiam omnes alii a papa in generali concilio congre-
 80 gati, possunt contra fidem errare, quia nec magistri in theologia
 nec omnes alii a papa in generali concilio congregati sunt tota il-
 la ecclesia pro qua Christus oravit ne fides eius deficeret, licet si
 sint catholici sint pars eiusdem ecclesiae, sicut quilibet Christia-
 nus est pars illius ecclesiae. Ergo propter illos omnes non debet
 papa aliquam assertionem neque tanquam catholicam approba-
 85 re neque tanquam haeticam condemnare, nisi aperte ostendatur
 papae vel per operationem miraculi vel per testimonium catholi-
 cae veritatis quod a veritate nequaquam exorbitant.

Quarta ratio est haec. Papa non debet aliquam assertionem
 tanquam haeticam solemniter condemnare nisi quam scit de-
 90 monstrative vel firmissime credit esse haeticam. Qui autem scit
 demonstrative aliquam assertionem haeticam esse rationi inni-
 titur, qui vero credit innititur auctoritati. Papa ergo in damnando
 aliquam assertionem tanquam haeticam vel innititur rationi vel

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 63 virtutis] veritatis Ly, aliter ver-
 ritatis Vcm 64 virtute] veritate Ly 67 debet] fundari et *added* Ly 68 nec
 in] vel Bb Ly 70 quod] ut Ly 71 haeticam] pravitatem vel *added* Bb
 Ly Vc 73 fidem suam] fides sua Ly 74 vel] in *added* Vc 74 constituat]
 consistat Ly 78–79 congregati] *omitted* Bb Ly 79–80 possunt ... congre-
 gati] non Bb Ly 80 sunt] *omitted* Bb 81 oravit] rogavit Bb Ly 82 eiusdem]■
 illius Bb Ly 82–83 sicut ... ecclesiae] *omitted* Bb Ly 83 omnes] *omitted*
 Vc 84 neque] *omitted* Vc 84 tanquam] non *added* Ly 84–85 approbare]■
omitted Ly 87 exorbitant] exorbitet Ly 89 scit] *omitted* Ly 91 demonstrative]■
 demonstrare Ly 91 esse] tanquam Ly; *omitted* Bb 92 vero] autem Ly
 92 auctoritati] papae *added* Ly

auctoritati. Sed papa qui non videt quomodo damnanda assertio
fidei obviat orthodoxae rationi inniti non potest, sicut omni intel- 95
ligenti constat. Ergo oportet quod innitatur auctoritati. Aut ergo
innititur auctoritati divinae aut humanae; non divinae, quia non
videt quomodo talis assertio auctoritati divinae repugnat. Ergo
papa, si damnaret praedicto modo aliquam assertionem tanquam
haeticam, inniteretur auctoritati humanae. Sed auctoritati hu- 100
mana in his quae fidei sunt est minime innitendum, quia fides
nostra est super intellectum humanum. Ergo humano intellectui
in huiusmodi est nullatenus inhaerendum.

Quinta ratio est haec. Omnes alii a papa in generali concilio
congregati non sunt maioris auctoritatis quam fuerint apostoli, et 105
Moyses in veteri lege; sed apostoli et Moyses doctrinam suam
miraculis vel testimoniis auctenticis ab auditoribus iam receptis,
ut redderetur credibilis, confirmaverunt nec aliter eis populi cred-
didissent. Ergo papa non tenetur illis adhibere fidem qui nec mi- 110
raculo nec testimonio catholicae veritatis sibi notae faciunt eum
de sua sententia certum. Si igitur omnes alii in generali concilio
nec miraculo nec auctoritate catholica ostenderent papae as-
sertionem damnandam esse haeticam, non deberet papa ipsam
tanquam haeticam condemnare. Maior istius rationis videtur
aperta. Minor ostenditur manifeste per exemplum de beato Paulo, 115
qui doctrinam suam tam miraculis quam scripturarum testimoni-
is confirmavit. Unde ad Romanos 15 ait, “Non enim audeo ali-
quid loqui eorum quae per me non efficit Christus in obedientiam
gentium, verbo et factis, in virtute signorum et prodigiorum”. Ex
quibus verbis colligitur quod beatus Paulus doctrinam suam si- 120
gnis et prodigiis confirmavit. De scripturarum testimoniis etiam
quae adduxit beatus Paulus patet ad Romanos 9 et 10 et 11 et 1
ad Corinthios 2 et 3 ad Hebreos 1 2 et 3 et in multis aliis locis

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 95 non] *omitted* Bb 98 repugnat] ■
repugnet Bb 100 auctoritati²] auctoritate Bb 102 super] supra Bb Ly
102 intellectum humanum] fidem humanam Vc 103 huiusmodi] his quae
fidei sunt Bb Ly 105 fuerint] fuerunt Bb 107 vel] et Ly 108 redderetur]
reddatur Ly 108–109 populi credidissent] populus credidisset Ly 109 qui]
quae Bb 111 sententia] scientia Ly 113 damnandam] damnatam Vc
113 deberet] diceret Ly 118 eorum] *omitted* Vc 118 non] *omitted* Bb
121 etiam] et Ly 122 adduxit] adducit Ly 122 et¹] *omitted* Bb Ly 122 et²] ■
omitted Bb Ly 122 et³] *omitted* Bb Ly 123 2¹] 1 Ly 123 ad²] et Vc
123 2²] *omitted* Bb Ly 123 et²] *omitted* Vc

117–119 Romans 15:1819

125 epistolarum suarum. Quod etiam omnes apostoli miraculis confir-
 maverint predicationem suam testatur Marcus in Evangelio suo,
 capitulo ultimo, dicens, “Illi autem profecti praedicaverunt ubi-
 que, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus
 130 signis”. Beatus etiam Petrus, ut patet Actuum 1, auctoritatibus
 receptorum scripturarum a **check** Iudaeis coram ipsis suam doc-
 trinam confirmavit. Moysi quoque dixit Dominus, ut legitur Exodi
 4 “Si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint
 vocem tuam, sume aquam fluminis et funde eam super aridam,
 et quicquid hauseris de fluvio vertetur in sanguinem”. Ex quibus
 135 aliisque quampluribus patet aperte quod illi per quos Deus docuit
 populum catholicam veritatem ad confirmationem suae doctrinae
 vel scripturarum testimonia adduxerunt vel cooperatione miraculi
 veritatem ostenderunt, nec eis aliter populi credere artabantur.

Discipulus: Ista responsio videtur probare tantummodo quod
 140 papa non tenetur sequi alios in damnando haeresim quando nec
 miraculum faciunt nec pro se scripturam adducunt, sed si probant
 assertionem quam petunt damnari esse haereticam, videtur
 quod papa damnare debet eandem, nec per hoc quod non intelligit
 valet aliquantulum excusari. Sic enim possent multi haeretici excu-
 145 sari qui videre non possunt quomodo haereses suae fidei obviant
 orthodoxae.

Magister: Ad hoc alii respondent quod si papa informationi
 catholicorum per scripturam probantium manifeste aliquam as-
 150 sersionem veritati obviare catholicae pertinaci animositate, quia
 scilicet alicui errori irrevocabiliter adhaereret, nollet acquiescere,
 esset haeticus vel fautor haereticae pravitatis iudicandus; sed
 si ex sola simplicitate, quia non esset capax informationis qua
 ostenditur talem assertionem esse haereticam, minime consenti-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 124 suarum] et *added* Ly 124 omnes]
omitted Ly 124 apostoli] doctrinam suam *added* Ly 124 miraculis] *omit-*
ted Bb 124–125 confirmaverint] confirmaverunt Bb Ly 125 predicationem
 suam] *omitted* Ly 125 predicationem] doctrinam Bb 127 cooperante]
 cooperate Vc 131 4] quod *added* Ly 131 crediderint] crediderunt Ly
 131 audierint] audiverunt Ly, audiverint Vc 133 quibus] his Bb Ly 134 quampluribus]
 quamplurimis Ly 136 cooperatione] operatione Bb Ly 143 possent] pos-
 sunt Ly 144 qui] quod Ly 144 obviant] obviarent Bb Ly 146 hoc]
 haec Bb Ly 146 respondent] responderent Bb Ly 146 informationi] in-
 formationem Bb 149 irrevocabiliter] irrationabiliter Ly 149 adhaereret]
 adhaeret Bb Ly 151 qua] quae Ly 152 ostenditur talem] ostendit Ly

130–133 Exodus 4:9

ret, non esset reprehensibilis iudicandus nisi recusaret de veritate informari.

Discipulus: Quis sit censendus haereticus postea indagabo. 155
Ideo alias rationes si quas cogitasti pro principali proposito adducas.

Magister: Sexta ratio pro praedicta sententia est haec. Non minus debet intelligere sententiam suam seu diffinitionem summus pontifex qua damnat haereticam pravitatem quam debet iudex intelligere sententiam qua damnat aliquem de crimine qualicumque; sed iudici damnanti quemcumque de crimine non sufficit credere consiliariis suis, sed debet videre et considerare per seipsum quomodo sententia sua iustitiam et aequitatem contineat. Ergo similiter papa in damnando haereticam pravitatem non debet solummodo credere aliis, sed etiam oportet eum intelligere quomodo damnanda assertio repugnat catholicae veritati Maior est manifesta, quia in maioribus causis maior est adhibenda cautela. Minor probatur, quia nisi iudex deberet intelligere quam dictat sententiam non requireretur sapientia in iudicante, sed sufficeret quod esset bonae fidei sapientum acquiescens consiliis. Sed hoc est contra illud Apostoli 1 ad Corinthios 6, “Non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem et fratrem?”. Ex quibus verbis datur intelligi quod nullus nisi sapiens debet iudicare inter fratrem et fratrem. Et ita qui iudicat debet habere saltem iudicandi peritiam, ut sententiam quam dictat intelligat. Aliter enim posset simplex et fatuus quicumque esse iudex. 160 165 170 175

Septima ratio est haec. Qui potest contradicere congregatis in concilio generali non tenetur acquiescere eorum sententiae; sed unus etiam inferior papa potest contradicere omnibus aliis in generali concilio congregatis; ergo non tenetur acquiescere eorum sententiae; ergo multo magis papa, si omnium aliorum in generali concilio existentium videret erroneam esse sententiam, vel non intelligeret eam esse catholicam atque sanam, eos sequi non 180

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 155 quis] Quomodo Ly 162 quemcumque] quaecumque Ly 163 consiliariis] consiliis Ly 164–165 ergo] e Ly 165 damnando] damnanda Ly 167 veritati] et added Ly 167–168 est manifesta] patet Bb Ly 168 est] omitted Bb 169 probatur] patet Ly 169–170 quam ... sententiam] sententiam quam dat Ly 170 iudicante] iudice Ly 172 est¹] esset Vc 172 1] 2 ad Ly, primae Vc 173 fratrem¹] suum added Bb 175 fratrem¹] suum added Vc 176 dictat] iudicat Ly 178 in] omitted Bb 182 in] omitted Bb 184 eam] ipsam Bb Ly 184 atque] vel Ly

172–173 1 Corinthians 6:5

185 deberet. Maior est manifesta. Minor ostenditur exemplo Pannutii,
qui aliis in Nicena synodo contradixit et ad partem suam traxit,
ut habetur dist. 31, c. *Nicena synodus*. Ubi glossa super verbo
sententiam ait, “Unus ergo potest contradicere toti universitati si
190 habeat causam rationabilem”. Et sequitur: “Nam unus potest tra-
here alios ad partem suam”. Unus igitur potest omnibus aliis in
concilio generali contradicere et eos trahere ad partem suam. Er-
go papa non debet omnes alios sequi nisi cognoverit eos a iustitia
et veritate nullatenus aberrare.

195 Ex praedictis concludunt isti quod, si papa omnes alios in ge-
nerali concilio congregatos sequi non debet ut aliquam assertio-
nem condemnet tanquam haeticam nisi viderit quomodo dicta
assertio catholicae veritati obviat, multo magis, si papa cognoverit
aliquos theologos aliquam assertionem non reputare catholicam,
non debet propter informationem vel instantiam omnium aliorum
200 talem assertionem tanquam haeticam condemnare nisi aperte
cognoverit quomodo fidei obviat orthodoxae.

Discipulus: Rationes praedictae videntur difficiles ad solven-
dum, quas tamen nolo nunc amplius pertractari, quia postquam
totum praesens opus compleveris et ego cum summo studio cogi-
205 tavero, volo tecum istas rationes et omnia alia retractare et men-
tem tuam de omnibus perscrutari. Sed dic an isti sentiant quod
liceat papae aliquam assertionem de qua non constat sibi an ca-
tholica vel haetica sit censenda interdiceret et praecipere quod
minime publice dogmatizetur.

210 **Magister:** Dicunt quod in casu, si ex dogmatisatione alicuius
assertionis magnum scandalum esset exortum, vel timeretur quod
multitudo pertinaciter adhaereret, liceret papae praecipere a ta-
li assertionem cessare quousque innotesceret an inter veritates vel
haereses computari deberet.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 185 est manifesta] patet Bb Ly
186 synodo] sydono Bb 187 nicena synodus] Nicenam synodum Ly 188 ait] ■
omitted Ly 189 habeat] habeant Bb 190 aliis] illis Ly 191 generali]
existentibus added Ly 192 non] si Bb 192 omnes] omitted Ly 196 viderit] ■
videret Ly 197 obviat] obviet Bb Ly 198 non] omitted Ly 198 catholicam] ■
haeticam Ly 199 propter] papa Ly, papa added Vc 199 instantiam] ho-
minum added Bb Ly 202 videntur] esse added Ly 203 pertractari] per-
tractare Ly 205 retractare] recitare Ly 206 sentiant] censeant Ly 211 exortum] ■
omitted Bb Ly 214 deberet] debeat Ly

187 col. 114 188–190 col. 153

Capitulum 33

Discipulus: Multa de damnatione haeresum retulisti. Nunc pe-
to quatenus de damnatione aliorum errorum aliqua narrare digne-
ris. Cupio enim scire an literati putent quod liceat papae alios
errores quam haereses damnare.

Magister: Errores alii sunt in triplici differentia. Quidam enim
nec contrariantur his quae pertinent ad fidem et bonos mores, nec
eos tenere aliquod animae affert periculum. Tales sunt errores in
puris philosophicis, et etiam errores aliqui circa aliqua dicta di-
vina de quibus inveniri non potest quid indubie sit tenendum. De
talibus loquitur Augustinus in Encheridion dicens, “In rebus in
quibus nihil interest ad capescendum Dei regnum, errare nullum
aut minimum est peccatum”. De huiusmodi etiam intelligit An-
selmus in lib. 1 *Cur Deus homo*, c. 18, dicens, “In his rebus de
quibus diversa sentiri possunt sine periculo, sicuti est istud unde
nunc agimus. Si enim nescimus utrum plures homines eligendi
sunt quam sunt angeli perditum an non, alterum horum existimamus
quam alterum, nullum puto esse Aanimae periculum. Si inquam
in huiusmodi rebus sic exposuimus divina dicta ut diversis senti-
tentiis favere videantur, nec alicubi invenitur ut quid indubitanter
tenendum sit determinetur non arbitror reprehendi debere”. Tales
errores secundum multos non licet papae damnare, quia damnan-
do animas laquearet, obligando fideles ad credendum aliqua forte
contra conscientiam vel negandum quod tenere vel negare nullum
parit periculum.

Alii sunt errores repugnantes his quae in gestis fidelium, cro-
nicis vel historiis fide dignis habentur. Et de istis dicunt nonnulli
quod ipsos potest papa damnare, non tanquam haereticos sed tan-
quam periculosos et ecclesiae perniciosos. Damna enim perma-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 1 capitulum 33] Capitulum 31
Ly 3 quatenus] quod Ly 4 putent] putant Ly 5 damnare] condemnare
Bb Ly 7 pertinent] pertinet Bb 7 ad] bonam added Ly 7 et] ad added
Ly 12 errare] aut added Bb Ly 13 huiusmodi] his Ly 14 in¹] omitted
Bb Ly 16 nunc] omitted Bb 16 agimus] Augustinus Vc 17 sunt²]
sint Bb Ly 17 existimamus] aestimamus Ly 18 quam] plusquam Ly Vc
18 si] sic Ly 18 inquam] inquantum Ly 19 exposuimus] exposuerimus
Ly 20 ut] nec Ly 21 determinetur] determinatur Ly 23 laquearet] illa
quearet Ly 23 aliqua] aliquid Ly 24 quod] non added Ly

11–13 PL, vol.40, col.243 13–21 PL, vol. 158, col. 388

Utrum liceat papa alias errores quam haereses condemnare, et distinguitur
error tripliciter Ox

- 30 xima et pericula tam corporalia quam spiritualia possent fideles
 35 incurrere, si quaecumque contenta in gestis, historiis et croni-
 cis cuilibet negare liceret. Cum ergo papa damnis et periculis
 fidelium debeat obviare, potest tales errores damnare et errantes
 debita subdere ultioni.
- 35 Alii sunt errores, de quibus est dictum prius, ex quibus et aliis
 veris quae negari non possunt contingit aliquam haereticam pra-
 vilitatem inferre, qui proprie dicuntur sapere haeresim manifestam,
 et large possunt haereses appellari. Et tales errores non tanquam
 40 haereticos stricte loquendo sed tanquam sapientes haeresim mani-
 festam licet papae damnare. Unde si quis diceret castitatem quam
 moniales vovent non esse altiore castitate coniugali, deberet pa-
 pa tam asserentem pertinaciter quam assertionem damnare. Sic
 quidam errores negantes Fratres Praedicatorum et Minores posse
 45 audire confessiones sunt damnati. Sic summi pontifices Alexan-
 der quartus et Innocentius quartus quosdam magistros Parisienses
 et errores) eorum contra statum et vitam Praedicatorum et Mino-
 rum solemniter damnaverunt.

Capitulum 34

Discipulus: Haec probabilia mihi videntur, sed videtur aliquibus quod liceat alicui alii inferiori papa errores huiusmodi condemnare ?

- 5 **Magister:** Sunt quidam dicentes quod hoc inferiori papa non
 licet, quia ex quo non licet eis damnare haereses, quae magis
 quam quicumque alii errores religioni adversantur et nocent Chri-
 stianae, multo fortius non licet eis errores alios condemnare. Et
 haec ratio videtur confirmari. Nam maiori periculo est fortius re-
 10 sistendum; sed haereses sunt magis periculosae fidei Christianae
 quam alii errores; cui ergo non licet haereses condemnare de aliis
 erroribus se intromittere minime debet.

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 30 possent] possunt Ly 36 negari] ■
 negare Ly 36 contingit] convenit Ly 37 inferre] etiam added Ly 37 dicuntur] ■
 dicunt Vc 40 papae] proprie Ly 40 unde] omitted Ly 40 quis] aliquis
 Ly Vc 41 vovent] voverint Ly 41 castitate] castitati Bb 41 coniugali]
 coniugii Ly 44 sic] sicut Ly 45 quartus¹] tertius Bb Ly 45 et] omitted
 Bb Ly Vc 1 capitulum 34] Capitulum 32 Ly 6 quia] omitted Ly 6 eis
 damnare] ei condemnare Ly 8 eis] ei Ly

35 prius: 17.10

Utrum liceat huiusmodi errores inferioribus condemnare, et ponuntur due
 sententiae Ox

Alii autem dicunt quod inferioribus praelatis licet errores huiusmodi condemnare. Pro hac assertionem sic arguitur. Quod aliquando licuit praelatis inferioribus et non est per summum pontificem nec per generale concilium revocatum, adhuc licet eisdem; sed damnare errores huiusmodi licuit aliquando praelatis aliis et non est revocatum; ergo etc. Maior est patens. Minor probatur. Nam cui licet veritates aliquas approbare eidem licet assertiones falsas contrarias reprobare. Sed quondam licuit praelatis inferioribus veritatem asserentem aliquem esse sanctum et tanquam sanctum venerandum a fidelibus approbare, quia licuit eis sanctos novos catalogo sanctorum adscribere. Ergo licuit eis assertionem falsam quod tales non essent sancti nec venerandi a fidelibus reprobare et solemniter condemnare. Ergo adhuc licet eis errores aliquos condemnare.

Discipulus: Ista ratio non videtur concludere contra istos, quia probat tantummodo quod aliquando licuit eis errorem dicentem talem non esse sanctum condemnare. Sed modo non licet eis talem errorem damnare, sicut nec modo licet eis aliquem catalogo sanctorum adscribere.

Magister: Non plene intelligis rationem eorum. Non enim intendunt probare quod modo liceat inferioribus papa asserentem vel assertionem eius quod aliquis pro quo dicitur Deus facere miracula non est sanctus damnare, sed intendunt arguere quod qua ratione licuit eis talem errorem damnare licuit etiam eis alios errores, ex quibus et aliis veris manifestis potest concludi haeresis manifesta, damnare. Potestas autem super alios errores non est revocata. Ergo adhuc possunt errores alios condemnare, licet modo asserentem aliquem pro quo dicunt miracula fieri non esse sanctum nequeant condemnare.

Discipulus: Dictam rationem magis adverto, et ideo quomodo ad motivum aliorum respondetur expone.

Magister: Dicitur quod licet non valeant haereses condemnare, possunt tamen alios errores multos minores haeresibus con-

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 13 quod] vel Bb 18 etc] *omitted* Bb Ly 18 est patens] patet Bb Ly 18 nam] cuilibet *added* Vc 20 reprobare] improbable Vc 21 sanctum²] esse *added* Bb Ly 24 nec] vel Ly 27 non] Frb: *omitted* Bb Ly Vc 27 quia] qui Ly 28 probat] probant Bb Ly 30 damnare] condemnare Bb Ly 33 quod modo] quomodo Ly 36 licuit²] licet Ly 37 veris] et *added* Ly 37 concludi] quod possunt *added* Ly 37-38 haeresis manifesta] haereses manifestas Ly 40 miracula] miraculum Ly 41 nequeant] nequeat Bb 43 motivum] motiva Ly 45 alios] aliquos Ly 45 multos] multo Bb Ly

demnare, quia inferiores possunt minora quibus tamen maiora
negocia interdicta noscuntur, quia, ut ex lege divina Deuterono-
mii 1 colligitur, maiora negocia ad maiores oportet referre . Nec
tamen est dicendum quin praelati haeresibus resistere teneantur,
50 sed non debent eis resistere condemnando, sed eas summo pon-
tifici vel generali concilio nunciando.

Explicit liber secundus prime partis

Regularly reported: Bb Ly Vc Vg 46 possunt] multa *added* Ly
48 1] legitur seu *added* Ly 49 quin] quod Ly 49 resistere] non *added*
Ly 50 eis] *omitted* Bb 50 condemnando] damnando Ly 52 explicit ...
partis] *added* Vc

47–48 Deuteronomy 1:17

Explicit liber secundus primae partis dyalogorum quae sunt assertiones catho-
licae et quae haereticae declarans etc Ox, Explicit liber secundus prime partis
dyalogorum que assertiones sint catholice et que heretice declarans Bb

LIBER TERTIUS**Capitulum 1**

Discipulus: De veritatibus catholicis sufficit praedicta quae-
sisse. Nunc vero de catholicis et haereticis conabor nonnulla in-
quirere. Primo autem quaero quis debet catholicus reputari. 5

Magister: Ille est censendus catholicus qui integram et invio-
latam servat catholicam fidem.

Discipulus: Quomodo potest simplex laicus integram fidem
servare, qui de multis quae ad fidem catholicam spectant nun-
quam cogitavit? Talis ergo laicus catholicus esse non potest, si 10
omnis catholicus integram tenet catholicam fidem.

Magister: Respondent theologi quod servare vel tenere inte-
gram fidem contingit omnia quae ad fidem pertinent orthodoxam
explicite vel implicite fideliter et absque ulla dubitatione creden-
do. 15

Discipulus: Quid est credere aliquid implicite?

Magister: Respondetur quod credere implicite est alicui uni-
versali ex quo multa sequuntur firmiter assentire et nulli contrario
pertinaciter adhaerere, et ideo qui firmiter tenet omnia tradita in
scriptura divina et doctrina universalis ecclesiae esse vera et sa- 20
na, et non adhaeret pertinaciter alicui assertioni veritati contrariae
orthodoxae, fidem catholicam inviolatam tenet et integram et ca-
tholicus est censendus.

Discipulus: Videtur quod sufficiat credere omnia quae tradidit
universalis ecclesia esse vera ad hoc quod aliquis sit reputandus 25
catholicus, et ita superflue additur quod nulli contrario pertinaci-
ter adhereat.

Magister: Dicunt literati nonnulli quod non sufficit credere
omnia esse vera quae universalis tradit ecclesia nisi simul cum

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 3 sufficit] sufficiat Ly Vg 11 tenet] teneat Ly 11 catholicam] veritatem vel added Ly Vg 12 tenere] catholi-
cam et added Ly Vg 13 contingit] continet Ly 14–15 credendo] credere
Ly Vg 17 magister ... implicite] omitted Vg, added Vgm 17 respondetur]
respondent Ly 17 est] credere added Ly 19 tenet] tenent Ly 20 divina]
omitted Ly 21 adhaeret] adhaerent Ly 21 pertinaciter] particulariter Vg
22 tenet] tenent Ly 22–23 et² ... censendus] sunt catholici censendi Ly
24 tradidit] credit Fi Ly 26–27 et ... adhereat] omitted Ly 27 adhereat]
adhaereatur Vg 29 tradit] credit Ly

Incipit liber tertius primae partis qui sunt catholici et qui haeretici pertractans.
Capitulum primum in quo primum proponitur, quomodo scilicet quis debeat
catholicus reputari, et ibidem declaratur quid sit credere implicite Ly

30 hoc nulli contrario in particulari pertinaciter adhaereatur. Multi
enim sunt haeretici condemnati per concilia generalia qui tamen
firmiter tenuerunt omnia tradita in scriptura sacra esse vera; quia
tamen pertinaciter adhaeserunt alicui assertioni in rei veritate con-
trariae assertioni scripturae divinae (quamvis hoc non viderent),
35 non fuerunt catholici sed haeretici iudicati.

Discipulus: Apparet mihi quod non potest perfecte cognosci
quis est reputandus catholicus nisi sciatur quis est haereticus iu-
dicandus, et ideo ad quaerendum de haereticis me convertam. Dic
tamen prius qualiter declaratur quod aliquis potest credere quod
40 omnia quae continet scriptura divina vel ecclesia universalis sint
vera et tamen pertinaciter adhaerere alicui assertioni quae contra-
riatur alicui veritati quae in scriptura sacra vel doctrina universalis
ecclesiae continetur.

Magister: Hoc declaratur sic. Sicut contingit aliquid scire in
45 universali et ignorare in particulari (secundum ARISTOTLE REFERENCEsententiam
sapientis), quod non est aliud quam scire propositionem univer-
salem et ignorare aliquam eius singularem (sicut possum scire
quod omnis homo est rationalis ignorando hanc singularem, “Iste
est rationalis”, demonstrato aliquo quem video a remotis de quo
50 ignoro an sit homo vel animal brutum), ita contingit scire ali-
quam universalem et putare aliquam eius singularem esse falsam
(sicut possum scire quod omnis homo est risibilis et tamen, de-
monstrato aliquo homine quem video a remotis quem puto esse
asinum vel aliud animal, sicut saepe contingit, possum credere
55 quod iste non est risibilis quia puto quod iste non est homo): sic
possibile est quod aliquis credat hanc universalem, “Omnia con-
tenta in scriptura divina sunt catholica et vera”, et tamen credat
hanc esse falsam, “Beatus Andreas fuit Apostolus Christi”, quia
ignorat hanc veritatem “Beatus Andreas fuit Apostolus Christi”

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 30 nulli] nullo Fi 30 in] *omit-*
ted Fi Ly Vg 30 adhaereatur] Ox We Bb Pa Pz Vg: adhaereat **accept?** Ly
Fi Vc 31 condemnati] damnati Ly 32 omnia] *omitted* Ly 32 quia] qui
Vg 33 pertinaciter] particulariter Vc 34 hoc] eis *added* Ly 34 viderent]
videretur nihilominus Ly 35 iudicati] iudicandi Fi Ly Vg 37 est¹] sit Ly
37 quis²] *omitted* Fi 37 est²] sit Ly 41 adhaerere] adhaeret Ly 42 vel]
in *added* Ly 44 declaratur] declarant Ly 45 ignorare] ignorari Fi Vg
46 sapientis] philosophi Ly 48 rationalis] licet *added* Fi 48 ignorando]
ignorans Ly 48 iste] homo *added* Ly Vg 49 demonstrato] demonstrando
Ly 49 aliquo] aliquem Ly 49 quem] quam Fi 50 ita] etiam *added* Ly
50–51 aliquam¹] aliquo modo Vg 51 putare] reputare Ly 52 possum]
posset Fi 54 aliud] aliquid Vc 54 sicut] ut Ly 55 homo] et *added* Ly
Vg

contineri vel posse inferri ex scriptura divina. Quo posito, si pertinaciter adhaeret quacunquē ex causa huic, “Beatus Andreas non fuit Apostolus Christi”, non Catholicus sed haereticus est iudicandus, quantumcumque firmiter teneat hanc universalem, “Omnia quaecunquē docet scriptura divina sunt catholica et vera”. 60

Capitulum 2

Discipulus: Nunc magis quam ante perpendo quod ad cognoscendum quis est censendus Catholicus oportet scire quis sit inter hereticos computandus, et ideo de haereticis volo aliqua perscrutari. Ne tamen per aequivocationem decipiar, dic primo si hoc nomen haereticus habeat significationem unam vel plures. 5

Magister: Istius nominis haereticus plures significationes assignantur. Uno enim modo omnis excommunicatus vocatur haereticus. Unde 4, q. 1, c. 2, dicit Nicolaus papa: “Haereticos autem” inquit ‘dicimus tam eos qui ab ecclesia olim proiecti sunt quam qui post hoc a nobis anathematizati sunt’. Et in eodem capitulo notat glossa dicens: “Nota quod omnis excommunicatus dicitur haereticus”. Et hoc idem notat glossa, 24, q. 1, § *Quia vero*. 10

Secundo modo dicitur haereticus perversor sacramentorum. Et sic simoniacus dicitur haereticus. Unde Gregorius, ut habetur 1, q. 1, c. *Quisquis*, ait: “Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc quod fiat haereticus promovetur”. 15

Tertio modo dicitur haereticus quicumque dubitat vel putat fidem Christianam esse falsam vel fictam. Et sic omnes Iudaei, Sarraceni et Pagani sunt censendi haeretici. Hinc dicit glossa, 24, q. 3, para. *Quia vero*: “Quandoque large dicitur haereticus om- 20

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 60 ex] aliquo in *added* Vg 61 adhaeret] adhaereret Ly 62 est] esset Ly 63 firmiter] *omitted* Vg 63 teneat] *omitted* Ly 64 quaecunquē] quae Vc 64 vera] crederet *added* Ly 3 est] sit Ly 3–4 inter ... computandus] hereticus reputandus Ly 4–5 perscrutari] pertractari Ly 7 nominis] nomina Ly 9 2] 3 Vg 10 inquit] inquit Vc Vg; inquit eos Fi; *omitted* Ly 10 olim] universali Fi Ly Vg 11 post] prius Vg 11 hoc] haec Ly 13 §] *omitted* Ly 14 perversor sacramentorum] *omitted* Vg; *added* Vgm 14 et] *omitted* Vg, *added* Vgm 15 sic ... haereticus] *omitted* Vg, *added* Vgm 15 gregorius] glossa Fi Ly Vg 16 per] *omitted* Vg, *added* Vgb 19 sic] *omitted* Vc, *added* Vcm 20 dicit] dicitur Vg 21 para ... vero] *omitted* Ly 21 quandoque] quando Ly

9–11 col. 537 12–13 Gloss, s.v. ab ecclesia, col. 767 13 Rather, q. 3. Gloss, s.v. haeresim, col. 1427 15–17 col. 358 20–22 Gloss, s.v. haeresim, col. 1427

nis qui non tenet articulos fidei” . Et secundum hoc Iudaeus et
Gentilis sunt haeretici, et secundum hoc non omnis haereticus
est excommunicatus. Isto etiam modo dubii in fide sunt haeretici,
25 quia sunt infideles, ut habetur *Extra, De haereticis*, c. 1. Sic etiam
qui primo sunt Catholici et postea reputant fidem christianam es-
se falsam sunt haeretici, et sic qui apostotant ore et mente a fide
sunt censendi haeretici. (Si quis autem apostotaret ore tantum-
modo non esset apud Deum haereticus, quamvis ecclesia ipsum
30 deberet haereticum reputare nisi constaret eum apostatasse timore
mortis.)

Quarto modo dicitur haereticus omnis Christianus—vel qui
putat aut qui putaverit se Christianum—errans pertinaciter contra
Catholicam veritatem.

35 **Discipulus:** Quare dicitur “qui putat aut putaverit” se fuisse
Christianum?

Magister: Dicitur propter illos qui extra formam ecclesiae
baptizantur, qui Christiani non sunt sed putaverunt vel putant se
esse Christianos; et tamen sunt haeretici aliter quam Iudaei vel
40 Pagani, et aliter sunt **PUNIENDI?**puniendi.

Discipulus: Dic si habet alias significationes hoc nomen hae-
reticus.

Magister: Quinto modo dicitur haereticus omnis pertinaciter
adhaerens errori qui sapit haereticam pravitatem.

Capitulum 3

Discipulus: Clare intueor plures significationes huius nomi-
nis haereticus; in quibusdam tamen earum raro accipitur, licet
saepe de haereticis mentio fiat. Dic ergo si audisti vel vidisti de-
5 scriptionem huius nominis haereticus in illa significatione in qua
communius accipitur.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 22 secundum] per Fi Ly Vg 22 iudaeus
et²] vidimus quod Vg 22 iudaeus] iudaei Ly 23 gentilis] gentiles Ly Vg
23 sunt] *omitted* Vg, *added* Vgm 24 sunt] etiam *added* Vg 25 ut ha-
betur] *omitted* Ly 26 christianam] catholicam Ly 27 qui] *omitted* Vg,
added Vgm 28 autem] ipsorum *added* Ly 29 esset] *omitted* Vg, *ad-
ded* Vgm 29 ecclesia] etiam Vg 30 apostatasse] apostatare Fi Ly Vg
34 catholicam] *omitted* Ly 35 aut] qui *added* Vc 39 aliter] tamen *ad-
ded* Ly 39 vel] et Vg 3 in] *omitted* Ly 3 raro accipitur] notificatis Ly
5 nominis] hominis Vc

25 col. 778: “Dubius in fide infidelis est.”

Magister: Forte tu intendis loqui de haeretico qui est excommunicatus et, si fuerit convictus legitime et non se correxerit secundum formam ecclesiae, est tradendus curie seculari.

Discipulus: Illum describe si potes. 10

Magister: Quidam describunt sic dicentes: Haereticus est serio baptizatus, vel pro baptizato se gerens, pertinaciter dubitans vel errans contra Catholicam veritatem.

Discipulus: Declara particulas, et expone quas personas intendunt includere et quas excludere. 15

Magister: Per primam particulam, cum dicunt “serio baptizatus”, excludunt baptizatos iocose, qui pro non baptizatis censentur. Comprehendunt autem per eandem particulam non solum Christianos a Catholicis baptizatos sed etiam baptizatos ab haereticis in forma ecclesiae, et extra formam ecclesiae (qui sacramentum baptismi nec quo ad gratiam nec quo ad characterem quoquomodo suscipiunt). Per eandem etiam particulam excludunt Iudaeos, Sarracenos et paganos qui nunquam baptizati fuerunt nec pro baptizatis se gesserunt, qui poena haereticorum de quibus loqueris sunt minime feriendi. 20
25

Per secundam autem particulam, cum dicitur “pro baptizato se gerens”, comprehendunt illos qui putant vel fingunt se baptizatos et tanquam baptizati inter Christianos conversantur, qui, si a fide recesserint, ac si fuissent vere baptizati sunt plectendi.

Per tertiam vero particulam, cum dicitur “pertinaciter dubitans vel errans contra Catholicam veritatem”, excluduntur omnes qui ex simplicitate vel ignorantia sola, absque omni pertinacia, vel dubitant vel errant contra fidem. Tales enim non sunt censendi haeretici, sed sunt de fide cum diligentia informandi; qui si postea 30

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 8 si fuerit] *omitted* Ly 9 ecclesiae] et *added* Ly 9 curie] iudici Ly 10 discipulus] magister Fi 10 si] *omitted* Vg, *added* Vgm 11 magister] discipulus Fi 11 sic] eum Ly 11 serio] seriose Vg, vere Ly 14 expone] *omitted* Ly 15 et ... excludere] *omitted* Ly 16 dicunt] dicit Vc 16 serio] seriose Vg, vere Ly 17 pro non] non pro Ly 17–18 censentur] *omitted* Fi 18–19 autem ... catholicis] *omitted* Vg, *added* Vgm 18 eandem] illam *added* Ly 19 baptizatos¹] *omitted* Ly 20 et] etiam illos qui *added* Ly 20 qui] scilicet *added* Vcb; extra formam ecclesiae baptisati *added* Vc; scilicet extra formam ecclesiae puta *added* Ly; scilicet extra formam ecclesiae baptisati *added* Fi Vg 22 suscipiunt] et pro baptisatis se gerunt *added* Ly 23 nec] ne Fi 24 gesserunt] gerunt Ly 24 quibus] tu *added* Vg 28 qui] *omitted* Fi 28 si] autem *added* Fi 32 pertinacia] dubitarunt *added* Ly Vg 34 de] a Fi

35 pertinaciter dubitaverint vel erraverint sunt haeretici iudicandi.

Capitulum 4

Discipulus: Ut materiam de haereticis magis intelligam, contra praedictam descriptionem multis modis obiciam. Prima enim particula, quae ponitur loco generis, cum dicitur “serio baptizatus”, non videtur convenienter poni, quia multi sunt serio baptizati
5 extra formam ecclesiae qui, quantumcumque erraverint pertinaciter, non sunt haeretici iudicandi secundum quod nunc loquimur de haereticis. Quia nunc solummodo loquimur de haereticis qui sunt de foro ecclesiae et per ecclesiam iudicandi. Illi autem, qui
10 sunt extra ecclesiam et nunquam fuerunt de ecclesia nec unquam fuerunt Christiani, non sunt per ecclesiam iudicandi, teste Apostolo, qui 1 ad Corinthios, 5 cap., ait: “Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?” Sed baptizati extra formam ecclesiae semper fuerunt foris et nunquam fuerunt Christiani; ergo non sunt
15 per ecclesiam iudicandi, et per consequens non sunt haeretici reputandi.

Magister: Obiectio tua in aequivocatione fundatur, nam variis modis aliqui dicuntur esse foris. Quidam enim sunt foris quia nunquam, nec vero nec falso baptismo, baptizati fuerunt nec pro
20 baptizatis qualitercunque se gesserunt, et de his intendit Apostolus. Quia isti, quantumcumque pertinaciter erraverint contra Catholicam veritatem, non sunt per ecclesiam, sicut haeretici baptizati, plectendi.

Alii sunt foris qui nunquam verum baptismum acceperunt; habuerunt tamen falsum baptismum, vel se pro baptizatis gesserunt, et isti, sicut illi qui fuerunt intus, iudicio ecclesiae sunt subiecti.

Alii sunt foris qui aliquando intus fuerunt sed per censuram ecclesiae sunt ab eadem ecclesia separati; et tamen aliquando manent intus. Et sic omnes excommunicati dicuntur foris. Hinc
30 Hieronymus, ut habetur 24, q. 3, c. *Si quis*, ait: “Fit interdum

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 35 dubitaverint] dubitaverunt Vg 35 erraverint] erraverunt Vg 4 serio] seriose Ly Vg 5 serio] seriose Ly Vg 8 de¹ ... loquimur] omitted Vc, added Vcm 8 de haereticis¹] omitted Vc, added Vcm 8 solummodo] solum Fi Ly Vg 12 enim] omitted Fi Ly Vg 12 qui²] quae Fi 14 fuerunt²] omitted Vc 18 foris²] omitted Fi Ly Vg 18 quia] qui Fi Ly Vg 20 intendit] intelligit Ly Vg 21 erraverint] erraverunt Fi Ly Vg 22 sicut] sunt added Fi 26 illi] omitted Ly Vg, added Vgm 26 intus] intra Fi Ly Vg 28 ecclesiae] ecclesiasticam Fi Ly Vg 28 eadem] omitted Ly Vg 28 ecclesia] omitted Fi 30 fit] sicut Ly

ut ille qui foris mittitur intus sit, et ille foris qui intus videtur retineri". Isti etiam, quantumcumque sint foris, a iudicio ecclesiae minime sunt exempti.

Discipulus: Ista obiectio probabiliter videtur soluta, sed adhuc alia mihi occurrit. Quia amentes, dormientes et penitus contradicentes, quamvis baptizentur, si postea pertinaciter erraverint vel in errore pertinaci permanserint, non videntur haeretici reputandi, quia nec ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinebunt. 35

Magister: Dicunt isti describentes praedicto modo haeticum quod taliter baptizati, si in contradictione persistunt, nec vero baptismo nec falso intelliguntur baptizati: non falso constat; nec vero, quia quicumque baptizatur vero baptismo characterem suscipit sacramenti. 40

Discipulus: Quid dicunt de catechumenis et exprimentibus se habere propositum baptizandi, si antequam baptizentur inciderint in haeticam pravitatem vel ad ritum priorem redierint? 45

Magister: Dicunt quidam eorum quod tales sunt velut haetici puniendi pro eo quod se pro Catholicis habuerunt, quare si postea pertinaciter erraverint pro haeticis sunt habendi. Item, omnes adulti catechumeni, et asserentes se habere propositum baptizandi, pro baptizatis baptismo flaminis se gerunt; ergo tanquam baptizati iudicio ecclesiae sunt subiecti, et per consequens, si ad vomitum redierint vel in errorem pertinacem inciderint, sunt per ecclesiam poena debita percellendi. Alii autem dicunt quod tales antequam baptizentur ad ecclesiasticam iurisdictionem non pertinent, quare absque metu poenae ecclesiae et ad priorem possunt reverti ritum et in aliis pertinaciter errare. 50 55

Capitulum 5

Discipulus: Licet de ista materia possem quaerere plura, quia tamen modo pauci vel nulli inveniuntur catechumeni et non bap-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 35 occurrit] occurrunt Ly Vg 35 dormientes] deridentes Ly Vg 36 erraverint] erraverunt Vg 36 vel] et Ly, illis Vg 37 errore] errorem Fi 37 pertinaci] pertinaciter Ly 37 permanserint] omitted Vg, added Vgm 37 videntur haetici] omitted Vg, added Vgm 38 quia] immo Ly 40 persistunt] persistent Ly Vg 41 falso²] ut added Ly 44 et] omitted Ly Vg 45 baptizentur] baptizarentur Vg, baptizarentur Ly 45 inciderint] inciderent Ly Vg 48 quare] quia Vc 50 catechumeni] catholici Ly Vg 51 baptizandi] vel added Fi Ly Vg 51 ergo] omitted Ly 54 percellendi] plectendi Ly 54 autem] omitted Fi Ly Vg 55 baptizentur] baptizarentur Ly Vg 55 ecclesiasticam] ecclesiae Vg 56 quare] quia Vc

5 tizati se pro baptizatis gerentes et praesens opus volui fieri principaliter ut melius controversias inter Christianos nostris temporibus ventilatas intelligerem, ad ultimam particulam descriptionis praemissae me transfero. Videtur enim quod superflue sit positum “pertinaciter”, eo quod omnis Christianus si simpliciter dubitat vel errat contra Catholicam veritatem est haereticorum numero
10 aggregandus.

Quod primo videtur posse probari auctoritate Innocentii 3, qui, ut habetur *Extra, De verborum significatione, c. Super quibusdam*, scribens Comiti Tholosano, ait: “Tua devotio postulavit a nobis qui sint dicendi haeretici manifesti. Super quo tibi duximus
15 respondendum illos intelligendos manifestos esse haeticos qui contra Catholicam fidem publice praedicant aut profitentur seu defendunt errorem, vel qui coram praelatis suis sunt convicti vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super haeretica pravitate”. In quibus verbis de pertinacia nulla fit mentio. Quicumque
20 ergo praedicat publice contra fidem Catholicam, licet non pertinaciter erret, hereticus est censendus.

Hoc idem Caelestinus papa, ut recitat Nicolaus papa, sentire videtur, qui, ut habetur 24, q. 1, c. *Ait Caelestinus*, dicit: “Si quis
25 ab episcopo Nestorio aut ab aliis qui eum sequuntur, ex quo talia praedicare coeperunt, vel excommunicatus vel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra communione et durasse et durare manifestum est, nec iudicamus eum esse remotum, quia non poterat quemquam eius remove sententia qui iam se prae-
30 buerat ipse removendum”. Ex his verbis datur intelligi quod quam cito aliquis incipit praedicare contra Catholicam veritatem, tam cito excommunicandi alios potestatem amittit. Ex quo sequitur quod talis est haereticus reputandus. Et tamen absque pertinacia

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 7 praemissae] praemississe Fi
13 ait] *omitted* Vg 13 tua] *omitted* Vg, *added* Vgm 14 sint] sunt Ly
Vg 16 profitentur] confitentur Ly Vg 18 ab eis] *omitted* Vg, *added*
Vgm 18 sententialiter] sunt *added* Fi 18 condemnati] damnati Fi Ly Vg
21 censendus] dicendus Fi Ly Vg 22 papa¹] qui *added* Vc 23 quis]
aliquis Ly Vg 24–25 aut ... praedicare] *omitted* Vg; aut aliis qui eum se-
quantur ex quo talia praedicare *added* Vgm 24 qui] quia Fi 24 sequuntur]
sequantur Fi Ly 26 dignitate] dignitatem Fi Vc Vg 26 hunc] habent Fi
Vc Vg; *omitted* Ly 27 durare] dubitare Vg 27 manifestum] malum Fi
28 quemquam] quamquam Vg 28 qui] que Fi 29 removendum] remo-
vendus Ly 30 aliquis] quis Ly Vg 30 incipit] intendit Ly Vg 31 excommunicandi]
excludendi Fi Ly Vg

12–19 col. 923 23–29 col. 980

potest quis praedicare contraria Catholicae veritati. Ergo ad hoc quod aliquis sit censendus haereticus non requiritur quod pertinaciter dubitet aut erret. 35

Hoc etiam Beatus Hieronymus, ut habetur 24, q. 1, *Haec est fides*, testari videtur, cum ait, scribens papae: “Si autem haec nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpae voluerit, se imperitum aut malivolum vel etiam non Catholicum sed haereticum comprobabit”. Hic etiam de pertinacia nulla fit mentio. Ergo superflue ponitur “pertinaciter” in diffinitione praedicta. 40

Item, nullus nisi haereticus damnatione haereticorum involvitur. Sed teste Gelasio, ut habetur 24, q. 1, c. 1, “Quicumque in haeresim semel damnatam labitur, eius damnatione seipsum involvit”, ubi papa inter labentem pertinaciter vel non pertinaciter in haeresim semel damnatam non distinguit, et per consequens nec nos debemus distinguere. Ergo quicumque, sive pertinaciter sive non pertinaciter, labitur in haeresim semel damnatam haereticus est censendus. 45 50

Hoc idem Gelasius, ut habetur in eisdem causa et quaestione, c. *Maiores*, aperte videtur asserere, dicens: “Auctore cuiuslibet insanie ac pariter errore damnato sufficere iudicarunt, ut quisquis huius erroris aliquando communicator existeret, principali sententia damnationis eius esset obstrictus”. 55

Cui Felix papa, ut habetur eisdem causa et quaestione, c. *Achatius* secundus, concordare videtur, dicens: “Itaque necesse est ut in illam recideret iusta lance sententiam quam cum suis successoribus per convenientiam synodalem susceperat auctor erroris”. 60

In his auctoritatibus inter incidentem in haeresim pertinaciter et non pertinaciter isti summi pontifices non distinguunt, et

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 33 quis] aliqua Ly, aliquid Vg 38 apostolatus] appellatus Vg 38 tui] cui Vg 41 pertinaciter] omitted Vc 44 sed] omitted Ly Vg 44 ut habetur] omitted Ly Vg 45 haeresim] haeresi Vc 45 damnatam] damnata Vc 45 labitur] in added Ly 47 semel] solum Vg 48 nec nos] nos non Ly Vg 51 in eisdem] eodem Vc 52 auctore] auctoritate Fi Vg 52 cuiuslibet] cuilibet Vg 53 insanie] infamiae Ly 53 ac] aut Fi Ly 54 huius] huiusmodi Ly 54 erroris] errorum Ly 54 aliquando] omitted Ly 55 damnationis] damnatus Vg 55 eius] eiusdem Vc 55 obstrictus] astrictus Ly, abstructus Vg 56 habetur] ex added Fi Vg 57 videtur] dicitur Ly Vg 58 illam] omitted Fi Vg 58 iusta] iuxta Fi 58 lance] late Vg 59 erroris] errorum Ly 61 et²] sed Vg

tamen indiffinite et universaliter dicunt sectatores haereticorum simili sententiae subiacere. Ergo superflue ponitur in diffinitione praedicta “pertinaciter”.

65 Item, Hieronymus super Epistolam ad Galatas, et ponitur 24, q. 3, c. *Haeresis*, ait: “Quicumque igitur aliter scripturam intelligit quam sensus Spiritus Sancti flagitat (a quo scripta est), licet ab Ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest, et de carnis operibus est, eligens quae peiora sunt”. Ex his verbis patet quod omnis intelligens, sive pertinaciter sive non pertinaciter, scripturam aliter quam sensus Spiritus Sancti flagitat est haereticus. Ergo “pertinaciter” inconvenienter ponitur in diffinitione praedicta.

75 Item, Stephanus papa, inter dubium pertinacem et non pertinacem non distinguens, indiffinite dicit, ut habetur *Extra, De haereticis*, c. 1: “Dubius in fide infidelis est”. Ergo omnis dubitans de fide, sive pertinaciter sive non pertinaciter, infidelis, et per consequens haereticus, est censendus. Magis autem est errare quam dubitare. Ergo omnis errans contra fidem, sive pertinaciter sive non pertinaciter, hereticus est censendus.

80 Item, Nicholaus papa, ut habetur 24, q. 1, c. *Aperte*, indiffinite dicit, “Neminem deicere vel remove poterat qui, talia praedicans, in fide titubat”. Ex quibus verbis colligitur quod omnis titubans in fide omni potestate ecclesiastica est privatus, sed non nisi quia hereticus; ergo omnis talis titubans seu dubitans in fide, sive pertinaciter sive non pertinaciter, hereticus est censendus. Ex quo sequitur quod omnis errans contra fidem etiam non pertinaciter haereticus est censendus.

90 His concordat Gratianus, 24, q. 1, § *His auctoritatibus*, dicens: “His auctoritatibus perspicue monstratur quod, ex quo aliquis contra fidem coeperit aliqua docere, nec deicere aliquem

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 62 tamen] cum Fi; cum *added* Ly Vg 62 et] vel Vc 62 dicunt] dicant Fi Ly Vg 63 simili] similis Fi Ly 65 galatas] 2 *added* Ly 67 scripta] scriptura Vc Vg 68 recesserit] et *added* Vg 69 sunt] et *added* Fi Ly Vg 69 his] *omitted* Vg 70 sive¹] *omitted* Fi Ly Vg 75 non] *omitted* Ly 75 indiffinite] incidentaliter Ly, incidenter Vg 77 pertinaciter²] est *added* Ly 78–80 magis ... censendus] Vc Ba Fr Pam Sa: *omitted* Fi Ly Pa Vg 81–83 item ... titubat] Vc Ba Pam: *omitted* Fi Fr Ly Pa Sa Vg 83–86 ex ... censendus] Vc Ba Fr Pam: *omitted* Fi Ly Pa Sa Vg 87 etiam] et Vc 91 coeperit] coepit Fi Ly Vg 91 aliquem] aliquam Vg

valet nec damnare”; et per consequens talis docens contra fidem, quamvis non fuerit convictus, est haereticus reputandus.

Item, fides quae non est firma non est vera fides. Hinc dicit concilium generale, ut habetur *Extra, De summa trinitate et fide Catholica*, c. 1, “Firmiter credimus”, aperte insinuans quod omnis Catholicus firmiter credere debet. Hinc etiam in Symbolo Athanasii **REFERENCE** continetur: “Haec est fides Catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit salvus esse non poterit”; fides ergo debet esse firma. Sed dubitans in fide, quamvis non pertinaciter, non habet fidem firmam sed infirmam, teste Bernhardo, qui, libro quinto ad Eugenium **REFERENCE** papam, ait: “Fides si habet haesitationem infirma est”. Ergo dubitans de fide non habet veram fidem, et per consequens non Catholicus sed haereticus est censendus.

Istae sunt obiectiones quae mentem meam pulsant contra descriptionem haeretici memoratam. Quia tamen praedicta descriptio videtur apparens, dic quomodo ad praedicta respondent haereticum taliter describentes.

Capitulum 6

Magister: Si tibi exponerem quomodo dictam particulam probare nituntur, eorum responsiones ad praedicta melius fortassis intelligeres.

Discipulus: Expone.

Magister: Quod pertinacia requiratur tam in dubitante quam in errante, ad hoc quod quis sit iudicandus haereticus, multipliciter probare conantur. Primo, auctoritate Augustini quae ponitur 24, q. 3, c. *Dixit apostolus*; qui ait, “Qui sententiam suam, quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaci animositate defendunt, praesertim quam non audacia suae praesumptionis pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quaerunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 93 reputandus] censendus Ly 95 extra]
 omitted Vc 96 1] omitted Fi Ly 97 debet] et added Fi Ly Vg 101 fidem]
 omitted Fi 102 qui] quo Fi Ly Vg 104 non²] est added Vg 109 taliter]
 aliter Fi Vg 2 dictam] praedictam Ly Vg 3 responsiones] rationes Ly Vg
 6 pertinacia] pertinaciter Fi 6–7 quam in] omitted Ly 6 quam] etiam
 added Fi 7 quis] aliquis Ly Vg 9 ait] nam added Ly 9 qui²] qua-
 mvis Vg 11 praesertim] persertim Vc 11–12 pepererunt] perpererunt
 Vg 13 cauta] tanta Vg

95–96 col. 5 8–14 col. 998

15 invenerint, nequaquam sunt inter haereticos deputandi”. Ex hiis
 verbis, ut isti dicunt, colligitur evidenter quod potest quis falsam
 et perversam tenere sententiam et inter haereticos minime com-
 putari.

20 **Discipulus:** Clare videtur mihi probatum quod non omnis du-
 bitans vel errans contra fidem est haereticus reputandus, sed non
 est probatum quod omnis haereticus pertinaciter dubitat vel er-
 rat contra fidem. Et ideo illam ultimam particulam diffinitionis
 praedictae isti per praemissa verba Augustini minime probare
 25 possunt, quia omnis particula descriptionis vel diffinitionis cuius-
 cunque convenienter datae debet praedicari de descripto univer-
 saliter sumpto. Quod autem non probent omnem haereticum per-
 tinaciter dubitare vel errare contra fidem ex verbis beati Augusti-
 ni patenter apparet. Nam secundum beatum Augustinum ad hoc
 quod aliquis tenens sententiam falsam atque perversam non debeat
 30 reputari haereticus quatuor requiruntur: primo quod sententiam
 falsam atque perversam nulla pertinaci animositate defendat; se-
 cundo quod talem sententiam non audacia suae praesumptionis
 invenerit sed a seductis parentibus atque in errorem lapsis ac-
 ceperit; tertio quod quaerat cauta sollicitudine veritatem; quarto
 quod paratus sit corrigi si invenerit. Cuicumque ergo defecerit ali-
 35 quod istorum quattuor est inter haereticos computandus. Quamvis
 igitur quis non sit pertinax, si tamen audacia suae praesumptio-
 nis aliquam falsam et perversam sententiam invenerit, vel non
 quaerat cauta sollicitudine veritatem, aut non sit paratus corrigi
 cum invenerit, est inter haereticos computandus iuxta sententiam
 40 Augustini.

Magister: Ad istam obiectionem faciliter respondetur. Ad cuius
 evidenciam dicunt isti esse sciendum quod inter dubitantem et
 errantem pertinaciter et inter errorem pertinaciter defendentem
 45 differentia invenitur, quia multi haeretici dubitant vel errant per-
 tinaciter, eo quod intus in mente in sua dubitatione vel errore
 persistunt pertinaciter, qui tamen errorem suum vel dubitationem

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 14 deputandi] computandi Fi 14 hiis] ■
 quibus Fi Ly Vg 23 particula] diffinitionis vel added Fi Ly Vg 23 vel
 diffinitionis] omitted Fi Ly Vg 24 debet praedicari] probari debet Ly Vg
 24–25 universaliter] vel Fi Ly Vg 30 falsam] omitted Fi 33 cauta] tanta
 Vg 34 si] cum Fi Ly Vg 34 defecerit] deficit Ly Vg 34–35 aliquod]
 aliquid Ly 35 quattuor] omitted Vg Ly 35 computandus] reputandus Ly
 Vg 36 si] sed Ly Vg 36 tamen] cum Ly Vg 38 quaerat] quaerit Vc
 38 cauta] tanta Vg 38 aut] ac Vg; si added Ly Vg 43 pertinaciter¹] pertinacem
 Ly Vg 45 in²] omitted Fi Ly Vg

neque pertinaciter neque alio modo defendunt, imo aliquando timore vel ambitione aut cupiditate vel ex alia causa negant exterius quod in mente irrevocabiliter tenent. Multi etiam econverso falsam sententiam atque perversam exterius pertinaci animositate defendunt vel defendere possunt cui tamen nec pertinaciter nec alio modo in corde adhaerent. Nam contingit aliquando scienter defendere falsum, quemadmodum saepe falsi et pessimi advocati cupiditate ducti scienter falsas causas et iniquas pertinacissima animositate defendunt. Et ita non omnis pertinaciter dubitans vel errans falsam sententiam pertinaci animositate defendit nec econverso.

Discipulus: Hoc quod nunc declaratum est probabile puto, et ideo ad propositum applica. Dimittamus tamen loqui de dubitante, de errante solummodo loquendo, quia forte dicunt isti quod illa quae de errante dicuntur etiam de dubitante debent intelligi, pro eo quod dubitantes de fide, sicut errantes contra fidem, inter haereticos computantur vel ab haereticorum numero non excluduntur.

Magister: Sicut tibi placet solummodo de errante faciam mentionem, et qualiter saepe dicto modo describentes haereticum ad objectionem tuam per praemissum notabile quod tu approbare videris respondeant declarabo. Dicunt itaque quod beatus Augustinus quatuor conditiones enumerat quae requiruntur ad hoc quod aliquis tenens falsam sententiam atque perversam contra catholicam veritatem non sit per ecclesiam inter haereticos computandus, volens quod cuicumque deficit aliqua conditionum praedictarum est haereticus, et etiam pertinax, per ecclesiam iudicandus, quamvis non omnis sit reputandus pertinax defensor haereticae pravitatis. Prima est quod taliter errans errorem suum nulla pertinaci animositate defendat. Si enim errorem suum pertinaci animositate defendit, catholici, qui de exterioribus non de interioribus motibus animae iudicant, debent eum inter haereticos computare, saltem praesumptione violenta contra quam nulla est

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 47 alio] aliquo Ly Vg 47 aliquando] vel added Fi Ly Vg 48 ex] omitted Fi Ly Vg 48 alia] aliqua Ly Vg; de added Ly 51 tamen] omitted Fi Vc 52 alio] aliquo Ly Vg 52 scienter] scientem Ly Vg 54 scienter] omitted Fi Ly Vg 56 sententiam] omitted Vg 58 quod] quidem Fi 62 pro eo] prout Fi Ly Vg 62 quod] omitted Ly 69 quod] ut Ly Vg 72 deficit] defuerit Ly; desit Vg 74 defensor] defensor Ly Vg 74–75 haereticae] omitted Ly 75 nulla] omitted Vc Vg 76 pertinaci¹] pertinace Vg 77 defendit] defenderet Ly Vg

80 probatio in contrarium admittenda. Esto enim quod aliquis scien-
ter contra conscientiam haeresim pertinaciter defensaret, et ita in
rei veritate apud Deum non esset haereticus (quamvis mortalis-
sime peccaret), hoc tamen probare non posset, et ideo ecclesia
deberet eum inter haereticos computare.

85 **Discipulus:** Magis et magis intelligo differentiam inter haere-
ticum pertinacem et pertinaci animositate haeresim defendentem.
Unde videtur quod potest etiam quis aliquam haeresim pertinaci
animositate defendere licet non debeant catholici ipsum haere-
ticum reputare, sicut si quis metu mortis coactus ab infidelibus
90 eorum errores contra fideles pertinaci animositate defenderet, non
esset haereticus iudicandus, quemadmodum beatus Marcellinus,
qui metu mortis actum haereticalem commisit, fuit haereticus mi-
nime iudicatus.

Magister: Dicunt isti quod non bene intelligis quis debeat re-
95 putari errorem pertinaci animositate defendere, quia ille solus qui
absque metu mortis sponte et voluntarie errorem defendit erro-
rem pertinaci animositate defendit. Et ideo ille de quo tu ponis
exemplum, quamdiu nullum errorem defendit nisi metu mortis,
nullum errorem pertinaci animositate defendit.

100 **Discipulus:** Istud non videtur bene dictum. Nam pertinax dici-
tur quasi impudenter tenax et qui in sententia sua nimis persistit.
Sed qui metu mortis defendit errorem est impudenter tenax et
in sua sententia nimis persistit. Aliter enim nequaquam peccaret
mortaliter errorem contra conscientiam defendendo. Ergo talis est
105 erroris pertinax defensator, licet propter talem pertinacem defen-
sionem non sit haereticus iudicandus si constat fidelibus quod
solummodo pro morte vitanda defendit errorem.

Magister: Argumentum forte facis contra ipsos, et ideo for-
te dicerent quod talis esset pertinax reputandus. Sed tamen non
110 esset dicendum quod errorem pertinaci animositate defenderet,

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 81 et] ut Ly 84 deberet] de-
bet Ly Vg 85 discipulus] *omitted* Fi 85–86 haereticum] et *added* Ly
Vg 86 et] inter *added* Fi Ly Vg 86 defendentem] defensorem Ly Vg
87 etiam quis] aliquis etiam Ly Vg 90 animositate] haeresim *added* Ly
Vg 90 defenderet] et tamen *added* Ly 91 marcellinus] marcellus Vc
93 iudicatus] iudicandus Vc Vg 96–97 defendit errorem] *omitted* Ly 97–99 et ... ■
defendit] *omitted* Fi 98 exemplum] *omitted* Vc 98 nullum] illum Ly
Vg 98 defendit] et non *added* Ly 101 impudenter] imprudenter Vg
102–103 sed ... persistit] *omitted* Fi Ly Vg 105 pertinacem] *omitted* Vc

quia animositas voluntatem spontaneam nullo metu coactam signare videtur. Et ita talis esset pertinax haeresis defensator, sed tamen non esset haereticus, nec etiam haeresim pertinaci animositate defenderet, propter metum mortis illatum. Aliter dicerent quod, sicut animositas, ita etiam pertinacia voluntatem spontaneam nullo mortis metu coactam importat, et ideo talis nec etiam pertinax est censendus. 115

Discipulus: Nunc dicas quid sentiunt isti de secundo quod ponit Augustinus.

Magister: Dicunt quod secundum Augustinum qui audacia suae praesumptionis falsam sententiam atque perversam contra fidem inveniunt, licet quandoque talem sententiam nulla pertinaci animositate defendant, sunt pertinaces et haeretici iudicandi. Si autem non audacia suae praesumptionis sed ex simplicitate vel ignorantia aliquam haeresim invenirent, et factum eorum nihil aliud aggravaret nec per aliquid aliud possent convinci, non essent pertinaces nec haeretici iudicandi. Qualiter autem innotescere possit quod quis non ex audacia suae praesumptionis sed ex simplicitate vel ignorantia errorem invenerit seu pepererit non potest breviter explicari. 120 125 130

Discipulus: De hoc postea diligenter inquiram. Nunc autem isti ab intentione Augustini deviare videntur. Nam in illa particula Augustinus duo simul coniungit ut aliquos errantes a numero haeticorum excludat, videlicet quod sententiam suam falsam non audacia suae praesumptionis pepererint, et quod eam a parentibus seductis atque in errorem lapsis acceperint. Ergo quicumque sententiam suam perversam a seductis et in errorem lapsis parentibus non acceperit est haereticus iudicandus, sicut quicumque sententiam perversam audacia suae praesumptionis peperit est, secundum istos, haereticus reputandus. Confirmatur haec conclu- 135 140

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 111 animositas voluntatem] voluntas animositatemLy Vg 111 nullo] non Vc 111–112 signare] significare Ly 112 ita] ideo Fi 112 defensator] defensor Ly Vg 116 nec etiam] minime Ly 117 censendus] dicendus Fi Ly Vg 120 quod] *omitted* Fi 120 qui] *omitted* Vg 121–122 contra fidem] *omitted* Fi 122 inveniunt] invenerit Fi Vg, invenerint Ly 123 defendant] defendat Vg 123 et] *omitted* Vg 126 aliquid] aliquodLy Vg 126 possent] possunt Vg 126 convinci] *ita added* Ly Vg 129 vel] et Fi Ly Vg 129 pepererit] peperit Vg 133 coniungit] *con-* iungit Fi Ly Vg 133 errantes] errores Fi 135 pepererint] peperit Vg 136 acceperint] acceperit Fi 137 errorem] errore Ly 138 acceperit] accepit Ly Vg 139 peperit] pepererit Fi 140 reputandus] iudicandus Fi Ly Vg 140–141 conclusio] ratio Fi Vc

sio, quia omnis qui non accipit sententiam suam perversam ab alio ipsam ex audacia suae praesumptionis parit, quia aut habet eam a se aut ab alio. Sed secundum istos quicumque haeresim ex audacia suae praesumptionis peperit haereticus est censendus.
 145 Ergo omnis errans contra fidem qui errorem ab alio non acceperit est inter haereticos computandus. Et ita videtur quod Augustinus ponit quinque ut errantes a numero haereticorum excludat.

Magister: Dicunt quod Augustinus illa duo simul iungit non ut secundum eorum, scilicet quod a seductis atque in errorem
 150 lapsis parentibus errantes suam sententiam perversam acceperint, necessario requiratur ad hoc quod errantes de numero haereticorum minime sint censendi; sed illud secundum ponit volens per ipsam assignare unum modum probandi aliquos sententiam suam falsam ex audacia suae praesumptionis minime peperisse, quia
 155 si a parentibus suis vel aliis quibuscunque sententiam suam falsam acceperunt constat quod eam ex audacia suae praesumptionis nullatenus pepererunt. Addit etiam illud secundum volens innuere quod pluribus modis possunt errantes errorem a suis accipientes parentibus se excusare quam alii. Et ideo Augustinus non ponit
 160 ibi quinque sed quatuor, per quorum quodlibet potest quis probari et convinci haereticus, et quod quatuor eis contraria requiruntur ad hoc quod aliquis errans non sit inter haereticos computandus. Cum autem dicis quod omnis qui non accipit sententiam suam perversam ab alio ipsam ex audacia suae praesumptionis parit
 165 et invenit, respondent quod hoc non continet veritatem. Quidam enim absque praesumptionis audacia ex ignorantia sola errores a seipsis inveniunt; quia tamen non sunt pertinaces inter haereticos minime numerantur.

Discipulus: Expone quomodo declarant tertium quod ponit
 170 Augustinus.

Magister: Secundum eos Augustinus intendit quod ad hoc quod aliquis errans contra fidem non sit haereticus requiritur quod quaerat cauta sollicitudine veritatem. Non est autem intelligen-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 142 alio] aliquo et Ly Vg 143 eam]
 omitted Ly 144 ex] de Ly Vg 144 peperit] pepererit Fi 147 quinque]
 differentias added Ly 149 ut] quod Ly; omitted Vg 150 acceperint] ac-
 ceperit Fi 151 requiratur] requiritur Ly 152 secundum] etiam added Ly
 Vg 155 quibuscunque] quibus Vg 156 acceperunt] acceperint Ly Vg
 157 pepererunt] pepererint Ly; pepererunt Vg 161 contraria] contraria-
 re Vg 161 requiruntur] requirantur Ly Vg 164 parit] peperit Ly Vg
 173 cauta] quanta Vg, tanta Vgm

dum oportere errantem omni tempore cauta sollicitudine quaerere
veritatem si velit catholicus reputari; sed tunc oportet eum cauta 175
sollicitudine quaerere veritatem, si cupit a numero haereticorum
excludi, quando sibi a catholicis cum debitis circumstantiis nun-
ciatur quod errat contra catholicam veritatem et ipse non habet
impedimentum legitimum quare tunc non possit vel non debet
at quaerere veritatem. Alias enim haberetur contra ipsum prae- 180
sumptio violenta quod non ex simplicitate vel ignorantia sed ex
pertinacia suo adhaereret errori.

Discipulus: Dic de quarto.

Magister: Quartum quod et sufficit ad hoc ut errans non sit
hereticorum numero aggregandus est quod paratus sit corrigi cum 185
invenerit veritatem. Qui enim non est paratus corrigi cum invenerit
veritatem pertinax et per consequens haereticus est censendus.

Discipulus: Ista sola particula quarta reddit errantem pertina-
cem et haereticum. Aliae ergo praecedentes videntur esse super- 190
fluae.

Magister: Licet secundum istos ista ultima particula reddat
errantem pertinacem et non aliae, tamen ex aliis habetur violenta
praesumptio quod errans pertinaciter suo adhaeret errori, quia
ex eis habetur praesumptio, cuius contrarium probari non potest,
quod talis errans non est paratus corrigi et per consequens inter 195
pertinaces et haereticos est habendus.

Capitulum 7

Discipulus: Ad probandum nullum errantem contra fidem esse
haereticum nisi pertinaciter suo errori adhaereat verba praemissa
beati Augustini satis prolixè tractasti. Nunc ad eandem conclu- 5
sionem alias probationes adducas, si quas alias cogitasti.

Magister: Haec eadem conclusio auctoritate Augustini con-
tra Manicheos quae recitatur 24, q. 3, c. *Qui in Ecclesia Christi*

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 174 cauta] tanta Vg 175 cauta]
quanta Vg 177–178 nunciatur] monstratur Ly; nominatur Vg 179 non²]
omitted Fi 182 suo] sua Ly Vg 182 adhaereret] adhaeret Ly Vg 184 et]
etiam Ly Vg 184 ut] quod Ly 186–187 qui ... veritatem] *omitted* Ly
Vg 187 veritatem] et sic nec *added* Ly 189–190 ergo ... superfluae]
ergo superfluae videntur Ly, ergo superfluae videntur etc Vg, igitur superfluae
praecedentes videntur esse Fi 189 ergo] vero Vc 192 pertinacem] et
hereticum *added* Ly Vg 193 adhaeret] adhaereat Ly Vg 194 eis] eo Fi
Ly Vg 196 est] *omitted* Fi Ly Vg 5 alias¹] aliquas Ly Vg 7 quae] qua
Ly

10 probatur. Ait enim, “Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid
 pravumque sapiunt si correcti, ut sanum rectumque sapiant, resi-
 stant contumaciter suaque pestifera ac mortifera dogmata emen-
 dare nolunt, sed defendere persistunt, haeretici sunt”. Ex quibus
 15 verbis datur intelligi non omnes qui in ecclesia Christi morbidum
 aliquid pravumque quid sapiunt esse statim haeticos iudican-
 dos, sed antea sunt de pertinacia convincendi, secundum quod in
 verbis praescriptis innuit Augustinus.

Discipulus: In verbis praedictis Augustinus insinuare videtur
 quod non omnes errantes in ecclesia Christi pertinaciter pro hae-
 reticis sunt habendi, cum videatur innuere quod tria requiruntur
 20 ad hoc ut illi qui in ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque
 quid sapiunt sint haeretici. Primum est quod correcti ut rectum san-
 numque sapiant resistant contumaciter. Secundum est quod suos
 errores emendare nolint. Tertium est quod eosdem errores persi-
 stant defendere. Si autem ista tria requiruntur ad hoc quod aliquis
 sit haeticus, ut Augustinus insinuare videtur, et multi suis erro-
 25 ribus adhaerent pertinaciter qui tamen eos non defendunt, immo
 quandoque negant, sequitur quod non omnes suis erroribus per-
 tinaciter adhaerentes haeticorum numero aggregantur.

Magister: Dicunt isti quod Augustinum male intelligis. Non
 enim vult Augustinus quod illa tria requirantur ad hoc quod ali-
 30 quis sit haeticus, imo vult quod quodlibet ipsorum haeticum
 facit errantem. Illa autem tria sic distinguuntur. Primum est quasi
 commune et duo sunt quasi minus communia exponentia quo-
 dammodo primum. Nam quod correcti ut rectum sanumque quid
 sapiant contumaciter resistant dupliciter potest contingere, vel
 35 quia emendare, id est revocare, nolunt, vel quia defendere persi-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 9 pravumque] quid *added* Vc
 9 sapiunt] sapuerint Ly Vg 9 sanum] sanam Vg 9 rectumque] aliquid
added Ly 9–10 resistant] resistunt Ly 11 nolunt] non volunt Vg 11 defendere]
 defensare Fi Vg 12 intelligi] quod *added* Fi 13 aliquid] *omitted* Fi Ly Vg
 13 quid] qui Vg 15 praescriptis] scriptis Ly Vg 16 insinuare] innuere
 Ly Vg 17–18 non ... quod] *omitted* Fi 17–18 pro haeticis] haere-
 tici Ly; *omitted* Vg 18 habendi] censendi Ly Vg 19 ut] quod Ly Vg
 19 qui] *omitted* Vg 19 pravumque] pravum Vg 20 quid] *omitted* Ly
 Vg 20 sapiunt] quod *added* Vg 20–21 rectum sanumque] quid *added*
 Ly Vg 21 resistant] resistat Ly 21 contumaciter] propter quod solum-
 modo absque omni alio pro pertinacibus sunt habendi *added* Vc 21 quod]
 si *added* Ly 22 nolint] noluerint Ly Vg 23 requiruntur] requirantur Ly
 Vg 31 quasi] quod Vg 32 duo] due Vg 33 rectum sanumque] sanum
 rectum Vg 35 id] quod *added* Vg 35 quia²] *omitted* Ly Vg

stunt. Et ita quodlibet illorum trium errantem reddit haereticum, et etiam pertinacem, quare omnis pertinax haereticus est censendus.

Capitulum 8

Discipulus: Si adhuc sunt aliae auctoritates vel rationes ad probandum quod nullus errans nisi pertinax est censendus haereticus libenter auscultabo.

Magister: Adhuc rationes aliquae allegantur, quarum prima 5
est haec. Illi qui non sunt a catholicis repellendi non sunt inter haereticos computandi. Sed errantes et non pertinaciter non sunt a catholicis repellendi. Ergo qui non sunt pertinaces non sunt inter haereticos computandi. Maior posset per sacros canones aperte probari, cum omnes haeretici sint excommunicationis 10
sententia innodati. Minor etiam clare probatur, quia errantes qui quaerunt veritatem, non sunt a catholicis repellendi, teste Pelagio papa, qui, ut habetur 24, q. 1, c. *Schisma*, loquens de abundantibus in suo sensu et per consequens de errantibus, ait, “Si etiam ipsi, licet in suo sensu abundantes, intra materna tamen positi 15
viscera quaererent veritatem a nobis repellendi non erant”. Ex quibus verbis datur intelligi quod quamdiu errantes, in suo sensu abundantes, quaerunt veritatem, praetendentes se velle corrigi si veritatem invenerint, non sunt a catholicis repellendi. Et per consequens quicumque non sunt pertinaces non sunt a catholicis 20
repellendi, quia quicumque non est pertinax quaerit veritatem pro loco et tempore quibus tenetur quaerere veritatem. Aliter enim pertinax est censendus.

Secunda ratio est haec. Quicumque paratus est corrigi non est censendus haereticus. Sed quicumque non est pertinax paratus est corrigi. Ergo quicumque non est pertinax non est censendus haereticus. Minor est evidens de se. Maior probatur per glossam 24, q. 3, c. *Dixit apostolus*, quae ait, “Licet ergo teneat aliquis ea quae sunt contra fidem, dummodo paratus sit corrigi non est habendo”.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 37 quare] quia Vc 2 aliae] aliquae Fi Ly Vg 3–4 haereticus] omitted Vg 8 ergo] illi added Ly 10 sint] sunt Ly Vg 14 de] omitted Fi Ly Vg 16 erant] essent Ly, erunt Vg 17 verbis] omitted Ly 17 quamdiu] quemadmodum Vg, quamvis Vc 17 in] etiam Ly 18 quaerunt] quaererent Ly 18 velle] vellet Vg 21 quia] omitted Ly 22 tempore] et a added Ly 23 est] esset Ly 28 teneat] tenet Ly 29 dummodo] dum Ly Vg

13–16 col. 979 27–30 Gloss, s.v. pertinaci, col. 1429

30 dus haereticus”. Et glossa eadem causa q. 1, super c. *A recta* ait,
 “Licet quis erret, si tamen paratus est corrigi non est haereticus”.

Tertia ratio est haec. Qui firmiter credit omnia quae docet uni-
 versalis ecclesia esse catholica, sana et vera, et nulli errori adhae-
 ret pertinaciter, est catholicus reputandus, et per consequens non
 35 est habendus haereticus. Sed qui errat et non est pertinax credit
 firmiter omnia quae docet universalis ecclesia esse catholica, ve-
 ra et sana, et nulli errori adhaeret pertinaciter. Ergo talis non est
 haereticus iudicandus.

Quarta ratio est haec. Non est maior ratio quod unus errans
 40 contra fidem non pertinaciter sit haereticus quam alius, quia de
 similibus simile est iudicium. Sed multi contra fidem erraverunt
 qui tamen, quia nequaquam pertinaciter erraverunt, non fuerunt
 haeretici reputati. Ergo nec aliquis errans contra fidem, si non est
 pertinax, debet inter haereticos computari. Maior est manifesta.

45 Minor multis probatur exemplis. Augustinus enim in multis er-
 ravit quae postea retractavit, et per hoc se non fuisse pertinacem
 patenter ostendit. Et ideo non fuit haereticus iudicatus. Idem patet
 de Hieronymo et beato Cypriano de quibus constabat quod per-
 tinaces nullatenus extiterunt; et propter hoc, quamvis erraverint,
 50 pro haereticis habiti non fuerunt.

Capitulum 9

Discipulus: Ad probandum quod solus errans pertinaciter est
 censendus haereticus nolo ad praesens plures rationes audire, quia
 tecum post opus praesens iterum omnia perscrutabor, et ideo quo-
 5 modo respondetur ad illa quae adduxi in contrarium manifesta.

Magister: Prima auctoritas quam in contrarium allegasti est
 Innocentii 3, Extra, *De verborum significatione*, c. *Super qui-*
busdam, ubi Innocentius 3 enumerat sex genera hominum quos
 asserit esse haereticos manifestos, videlicet contra fidem publi-
 ce praedicantes, profitentes errorem, defendentes errorem, coram
 10

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 30 causa] et added Ly 30 super]
 omitted Ly Vg 30 recta] re certa Ly Vg 31 licet] omitted Vg 31 si]
 omitted Vg 32 docet] dicit Fi Ly Vg 36 docet] dicit Ly Vg 36 catholica]
 et added Vg 39 haec] omitted Vc 47 iudicatus] iudicandus Vc 48 et]
 de Ly Vg 49 erraverint] erraverunt Ly 50 pro haereticis] haeretici Ly
 Vg 50 habiti] omitted Ly 5 respondetur] respondeas Ly, respondeatur Vg
 8 ubi] verbis Ly 8 3] omitted Fi Ly Vg 10 praedicantes] publicantes
 Vg 10 profitentes] et added Ly 10 errorem²] omitted Ly Vg

30–31 c. 14, *Haec est fides*, s.v. emendari, col.1388 6 allegasti: above, 5.11
 7–12 col. 923

praelatis convictos, confessos, et ab eis condemnatos de haeretica pravitate. Verba autem Innocentii sane debent intelligi, quia aliter ex eis laberetur quis faciliter in errores.

De praedicantibus itaque publice contra fidem oportet distinguere, quia quod aliquis praedicet publice contra fidem quadrupliciter potest contingere. Uno modo quia publice praedicat fidem christianam esse falsam, dubiam, vanam vel incertam, et talis indubitanter est haereticus manifestus, quia talis sine pertinacia inveniri non potest. Nam talis non est paratus corrigi per fidem christianam si non reputat eam veram, certam et sanam. Ergo pertinax et manifestus haereticus est censendus. Aliter contingit aliquem praedicare publice contra fidem praedicando aliquem errorem qui fidei obviat christiane protestando quod nunquam ab assertione sua desistet. Et talis est pertinax, quia non est paratus corrigi, et ideo est haereticis sociandus. Tertio contingit aliquem praedicare publice contra fidem protestando quod nihil intendit contra fidem temere defendere vel tenere. Et talis, quia ostendit se esse minime pertinacem et quod non errat ex malitia seu pertinacia sed ex simplicitate et ignorantia, non est haereticus manifestus nec ex sola tali publica praedicatione debet haereticus reputari. Et propter hoc tales protestationes faciunt his temporibus (quibus quamplurimi ex odio, rancore, invidia et malitia moliuntur meliores et sapientiores se de haeresi diffamare) quamplures docentes, praedicantes et scribentes, ut coram omnibus se ostendant nullatenus pertinaces. Quarto contingit aliquem contra fidem publice praedicare simpliciter absque omni protestatione quod non intendit vel intendit aliquid contra fidem temere defendere vel tenere. Et talis non est censendus haereticus manifestus sed examinandus est diligenter an pertinaciter adhaereat errori quem publice

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 12 debent] deberent Ly Vg 13 faciliter]
 facile Ly 14 praedicantibus] praedicatoribus Ly Vg 14 itaque] ergo Ly
 Vg, igitur Fi 14 oportet] debet Ly 15 quia] *omitted* Fi Vg 16 quia]
 quod Ly Vg 16 praedicat] putat Vg, praedicet Ly 17 vel] et Fi Ly Vg
 17 incertam] insanam Ly Vg 18 talis] *omitted* Vg 21 aliter] secundo
 Ly Vg 22 publice] *omitted* Fi Ly Vg 25 haereticis] haereticus Ly Vg
 25 sociandus] censendus Ly Vg 27 fidem] intendere *added* Vg; ortho-
 doxam *added* Ly 27 vel] *omitted* Vg 27 talis quia] quia talis non Ly 27 se]
 sese Vg 28 minime] manifestum Ly Vg 28 quod] quia Ly Vg 28 seu]
 et Fi Ly Vg 29 et] vel Ly Vg 32 rancore] et *added* Fi 32 et] *omitted* Ly
 Vg 33 se] sic Ly Vg 33 quamplures] complures Ly 34 et] *omitted* Vc
 34 omnibus] *omitted* Vg 35 contra fidem] *omitted* Vc 36 simpliciter]
 et *added* Ly Vg 36–37 intendit¹] intendat Ly Vg 37 fidem] et *added* Fi

40 praedicavit, et si inventus fuerit pertinax debet haereticus iudi-
cari. Ante autem examinationem est catholicus reputandus, quia
quilibet reputandus est bonus antequam contrarium sit aperte pro-
batum, et ideo talis praedicans, cum de adhaesione eius mentali
constare non possit, est catholicus iudicandus quousque probetur
45 contrarium. Sicut enim ea quae dubium est quo animo fiant in
meliorem partem interpretari debemus, ut habetur Extra, *De Re-
gulis iuris*, c. *Estote*, ita cum nescimus quo animo praedicat quis
contra fidem, animo scilicet pertinaciter adhaerendi vel animo
corrigen- di se si erraverit, in meliorem partem interpretari debe-
50 mus, suspicando videlicet quod paratus est corrigi cum veritas
sibi fuerit manifesta.

De secundo genere hominum, scilicet de profitentibus erro-
rem, dicunt quod pertinaces sunt censendi et ideo sunt haeretici
manifesti. Professio enim a voluntate firmata solet procedere, et
55 ideo qui profitentur errorem contrarium catholicae veritati sunt
reputandi firmati in errore. Quare pro pertinacibus sunt habendi.
Et ex hoc sequitur quod omnes iurantes se errorem aliquem fidei
christianae contrarium servaturos, et abiurantes quamcunque ca-
tholicam veritatem, inter pertinaces et haereticos manifestos sunt
60 censendi. Sicut enim professio ita iuramentum et abiuratio volun-
tatem supponunt firmatam.

De tertio genere hominum, scilicet qui defendunt errorem, di-
stinguunt, dicentes quod defendere errorem contingit dupliciter:
uno modo absque assertione temeraria eo quod tunc ita apparet,
65 et tales defendentes errorem sive verbo sive scripto non sunt hae-
retici manifesti, quia parati sunt corrigi cum invenerint veritatem.
Alio modo defendit quis errorem cum assertione temeraria et talis
est pertinax et haereticus manifestus.

De quarto et quinto genere, scilicet de convictis et confes-
70 sis coram praelatis de haeretica pravitate, distinguunt, quia ista

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 40 praedicavit] praedicaverit Ly
Vg 43 adhaesione] assertione Ly Vg 44 possit] non added Ly 44 catholicus]
haereticus Ly Vg 45 enim] facta added Fi 45 ea] facta Ly Vg 47 cum]
tamen Vg 47 quis] aliquid added Ly 53 et ... sunt²] omitted Ly Vg
53 sunt²] censendi added Fi 57 omnes] veritates added Vc 58 abiurantes]
obiurantes Vg 60 professio] est added Vg; et added Ly 60 ita iuramen-
tum] iuramentum ita iuratio Ly Vg 65 sive¹] suum Ly Vg 67 defendit]
defendunt Vg 67 quis] omitted Fi Vg 67 errorem] omitted Vc 69 et
quinto] omitted Fi 69 genere] generibus Ly

45–47 col. 927

pravitas potest attendi vel ex parte ipsorum convictorum vel confessorum, vel solummodo ex parte erroris de quo sunt convicti vel confessi. Si primo modo sint convicti vel confessi de haeretica pravitate sunt haeretici manifesti, quia tales de pertinacia sunt convicti vel confessi. Si autem sit pravitas solummodo ex parte erroris, non ex parte convictorum vel confessorum, sic non sunt haeretici manifesti. Errores enim quos tenuerunt Augustinus, Hieronymus et Cyprianus, de quibus tactum est supra et de quibus poterant convinci, pravi fuerunt, ipsi tamen non fuerunt pravi. Et ideo quamvis de illis erroribus coram praelatis convicti fuissent vel confessi haeretici, nullatenus extitissent.

De sexto genere, scilicet de condemnatis de haeretica pravitate absque distinctione, dicunt quod sunt haeretici manifesti si rite et iuste fuerint condemnati, quia nullus est sententialiter condemnandus de haeretica pravitate nisi inveniatur pravitas non solum in errore sed etiam in errante. Ista autem pravitas in errante est pertinacia. Et ideo soli pertinaces sunt de pravitate haeretica condemnandi.

Discipulus: Ista probabilia mihi videntur, sed miror quare Innocentius praedicto modo non distinxit.

Magister: Respondetur quod ideo causa brevitatis hic non distinxit, quia quod taliter oportet distinguere ex aliis sacris canonibus evidenter apparet.

Capitulum 10

Discipulus: Quamvis ex praedictis colligi possit quomodo ad plures auctoritates quas adduxi isti modo saepe fato describentes haeticum respondent, volo tamen ut discurras per singulas.

Magister: Ad auctoritatem Nicolai papae recitantis verba Caelestini respondent quod illa verba intelligenda sunt de publice praedicantibus scienter contra determinata a concilio generali, et etiam de publice praedicantibus errores ipsos, eosdem errores te-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 73–75 si ... confessi] *omitted* Fi Ly Vg 76 erroris] errorum Fi Vg 78 et¹] *omitted* Vg 86 errante²] habente Fi 87 pertinaces] aut *added* Vg 91 causa brevitatis] quia causae brevitatis Ly 91 hic] hoc Ly 92 quia] sed Ly 92 oportet] oporteat Ly 3 adduxi] adduxisti Vc 3 isti] isto Ly 3 fato] tacto Fi Ly, tacito Vg 4 respondent] responderent Ly Vg 5 recitantis] recitas Vg 8 etiam] *omitted* Ly Vg 8 errores²] *omitted* Fi Ly

5–6 Caelestini: above, 5.22

10 mere asserendo, vel protestando se nunquam revocatu-
 10 vel pertinaces quomodolibet se monstrando.

Auctoritas autem Hieronimi in oppositum allegatur, quia idem Hieronimus in verbis adductis insinuare videtur quod reprobans confessionem ab apostolico approbatam non est ex hoc ipso haereticus reputandus, quia poterit esse imperitus, et ita si ex sola
 15 imperitia dixerit contra veritatem non est inter haereticos computandus.

Gelasius etiam, ut dicunt, intelligit de eo qui scienter labitur in haeresim condemnatam. Talis enim est haereticus iudicandus. Et cum dicitur, “Gelasius inter labentem in haeresim pertinaciter et
 20 non pertinaciter non distinguit, ergo nec nos debemus distinguere”, isti respondent quod ubi papa vel canon non distinguit nec aliqua distinctio neque ex aliis canonibus neque ex Sacra Scriptura nec ex dictis autenticis neque ex ratione evidenti patenter colligi potest, nos non debemus distinguere. Ubi autem ex ali-
 25 quibus vel aliquo praedictorum distinctio manifeste accipitur, et nos debemus distinguere. Sic est in proposito, quia ex aliis sacris canonibus et ratione aperta colligitur luculenter quod inter labentem in haeresim damnatam pertinaciter et non pertinaciter est distinctio manifesta.

30 Dicunt etiam quod Gelasius in c. *Maiores* loquitur de scienter communicatore erroris damnati, et etiam de pertinaci sive sciat errorem suum esse damnatum sive ignoret.

Ad auctoritatem Felicis papae respondent quod loquitur de Achatio, qui scienter damnato communicavit facinori. Et ideo fuit
 35 pertinax iudicandus, quia non erat paratus corrigi per doctrinam ecclesiae.

Ad auctoritatem beati Hieronimi quae ponitur 24, q. 3, c. *Haeresis* respondent quod sicut recessus a malis est duplex, scilicet

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 9 revocatu-] revocare Ly Vg
 11 autem] vero Ly, enim Vg 13 apostolico] apostolo Ly 13 approbatam]
 confirmatam Fi 15 inter haereticos] hereticus Ly Vg 15–16 computandus]
 reputandus Fi Ly Vg 17 gelasius ... dicunt] ad auctoritatem gelasii dicunt
 quod gelasius Ly 17 etiam] enim Vc Vg 19 in] *omitted* Vc 22 aliqua]
 alia Vg 22 neque¹] *omitted* Ly 24 nos] *omitted* Ly 26 nos] non Ly
 26 sic] enim *added* Ly 27 aperta] aperte Fi Ly Vg 30 scienter] scita Ly
 Vg 31 communicatore] communicatione Ly Vg; *gap* Fi 32 suum] *omitted*
 Fi Ly Vg 37 beati] *omitted* Fi Ly Vg 38 respondent] respondetur Fi Ly
 Vg

11 Hieronimi: above, 5.36 17 Gelasius: above, 5.43 30 Gelasius: above, 5.51 33 Felicis: above, 5.56 37–38 Hieronimi: above, 5.65

corporalis et spiritualis, prout asserit Augustinus secundum quod legitur 23, q. 4, c. 1, sic recessus ab ecclesia est duplex, scilicet corporalis et spiritualis. Corporalis autem recessus ex multis causis fieri potest. Potest enim quis recedere corporaliter ab ecclesia et ad haereticos corporaliter accedere quia doctrinae suae vel opinioni ecclesia non consentit aut reprobat. Et de isto recessu corporali ad praesens loquimur, non de alio recessu corporali qui ex bona causa posset accidere. Alius est recessus ab ecclesia spiritualis, et iste est duplex, scilicet manifestus et occultus, secundum quod haereticus est duplex, scilicet manifestus et occultus. Similiter aliter intelligere Scripturam quam sensus Spiritus Sancti flagitat contingit dupliciter, scilicet cum pertinaci adhaesione et absque pertinaci adhaesione. Quicumque igitur cum pertinaci adhaesione aliter Scripturam intelligit quam sensus Spiritus Sancti flagitat, licet ab ecclesia non recesserit neque corporaliter, propter hoc quod suo sensui ecclesia non consentit vel reprobat eundem, neque spiritualiter manifeste, quia se esse pertinacem nequaquam ostendit aperte, tamen haereticus appellari potest, imo vere est haereticus, quia ab ecclesia recessit spiritualiter licet occulte.

Ad auctoritatem Stephani papae respondent dicentes quod Stephanus papa vocat illum dubium in fide qui dubitat fidem christianam esse veram vel sanam, non illum qui dubitat de aliqua veritate catholica in speciali. Talis autem in fide dubius est pertinax seu pertinaciter dubitans, quia talis non est paratus corrigi per fidem christianam; nullus enim paratus est corrigi per doctrinam quam dubitat esse veram, cum nullus nisi per veritatem corrigi velit. Ille autem qui dubitat de aliquo articulo speciali potest esse paratus corrigi per fidem Christianam, quia per scripturam sacram, quam totam credit esse veram licet dubitet de aliquo speciali, nesciens illud in sacris literis inveniri, et ideo non est statim pertinax reputandus. Aliter est de illo qui in genere vel in

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 39 secundum quod] prout Ly Vg 42 quis] aliquis Ly Vg 43 corporaliter] corporales Vg 45 loquimur] loquitur Ly Vg 45 alio] aliquo Ly Vg 46 posset] possit Ly 46 accidere] fieri Fi Ly Vg 48 scilicet] *omitted* Vg 49 similiter] et *added* Vg 51 et ... adhaesione²] *omitted* Vg 51 pertinaci adhaesione] hac Ly 54 quod] *omitted* Ly Vg 55 neque] vel Ly Vg 55 se] *omitted* Vg 56 aperte] apte Ly 64 per¹ ... corrigi] *omitted* Ly Vg 66 articulo] in *added* Ly Vg 68 aliquo] in *added* Ly Vg 70–71 in universali] universaliter Ly Vg

59 Stephani: above, 5.74

75 universali dubitat fidem esse veram. Et de tali dubio in fide loquuntur glossae, quarum una 24, q. 3, super § *Quia vero* ait, “Uno modo” dicitur haereticus “quicumque est dubius in fide”. Et alia eisdem causa et quaestione super c. *Aperte* ait, “Nota haereticum esse titubantem in fide”. Et post, “Nam et haeretici vocabulo continentur qui levi etiam argumento a fide deviant”. Omnes enim loquuntur de illo qui dubitat fidem christianam esse veram.

80 **Discipulus:** Miror quod non plus oportet dubitantem de fide esse pertinacem quam dubitantem de aliquo articulo speciali, praesertim cum ita possit quis absque pertinacia dubitare de universali sicut de singulari.

85 **Magister:** De hoc non reputant isti mirandum. Sicut enim inter propositiones est ordo, quia alia est prior et alia posterior, una etiam sit nota per aliam et saepe non econverso. Et ideo qui de propositione simpliciter prima in aliquo ordine, quae nullo modo posset fieri nota per aliam, dubitaret non esset praesumendum quod unquam ad illius notitiam esset venturus, licet si dubitaret de propositione posteriori esset praesumendum quod ad eius notitiam per propositiones priores posset attingere. Sic quia primum
90 quod oportet fidelem credere est quod fides christiana est vera, si de hoc quis dubitat nihil remanet per quod ad firmiter credendum valeat revocari, et ideo taliter dubitans tanquam pertinax et nolens corrigi est censendus. Si autem nullatenus dubitat fidem christianam esse veram, licet dubitet de aliquo articulo speciali,
95 praesumendum est, nisi contrarium manifeste appareat, quod si sibi ostensum fuerit articulum de quo dubitat ad fidem pertinere catholicam absque mora se corriget.

Discipulus: Quid si nullus potest sibi patenter ostendere quod talis articulus ad fidem pertinet christianam?

100 **Magister:** Dicunt quod quousque sibi fuerit evidenter ostensum dictum articulum ad fidem pertinere catholicam, sufficit sibi

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 71 fidem] christianam added Ly Vg 72 3] Fr: 1 Fi Vc 72 quia] qui Ly Vc Vg 73 alia] glossa added Ly 74 eisdem] eadem Vc 74 causa] capitulo Ly 74 aperte] apte Ly 75 e²] omitted Vc 78 non] omitted Fi Vc 78 de] in Ly Vg 79 dubitantem] dubitatem Vc 79 articulo] in added Ly 80 ita] illa Vg 83 quia] ut Vc 83 alia¹] una Ly Vg 85–86 nullo modo] non Vg 86 posset] potest Ly Vg 91 ad] omitted Vg, aliquid added Ly Vg 91 firmiter] artius Vg 92 revocari] revocare Vg 94 aliquo] omitted Fi Vg 95 est] omitted Ly 96 ostensum] ostensus Ly 96 articulum] articulus Ly

72–73 s.v. haeresim, col. 1427 73–76 Gloss, s.v. titubabant, col. 1404

credere eum implicite, paratus credere explicite cum sibi monstratum fuerit quod ad fidem pertinet christianam.

Discipulus: Procede ad alias auctoritates.

Magister: Ad capitulum *Aperte* respondent quod loquitur de praedicante et titubante in fide quia dubitat fidem christianam esse veram. 105

Ad verba Gratiani eodem modo respondent quod loquitur de praedicante fidem esse falsam vel incertam vel de pertinaci docente aliqua contra fidem. Non autem loquitur de illo qui ex simplicitate vel ignorantia docet aliqua quae fidei obviant orthodoxae. 110

Ad rationem qua innuitur dicunt quod fides debet esse firma in universali, ut cuilibet veritati catholicae firmiter, hoc est per fidem firmam explicite vel implicite, fidelis adhaereat, sed non est necesse quod cuilibet adhaereat firmiter explicite. Et sic intelligendae sunt auctoritates adductae de concilio generali et de symbolo Athanasii. Dubitans autem in fide, hoc est dubitans fidem esse veram, non habet fidem firmam. Et sic loquitur Bernhardus. Et ideo non catholicus sed haereticus est censendus. Dubitans autem de articulo aliquo speciali habet fidem firmam quod tota fides christiana est vera et certa. Habet etiam fidem firmam implicitam de eodem articulo de quo dubitat. Et ideo est catholicus, licet de tali articulo non habeat fidem firmam explicitam. 115 120

Capitulum 11

Discipulus: Adhuc ad unam instantiam quae totam descriptionem haeretici memoratam videtur elidere cupio responderi. Beatus enim Augustinus, ut habetur 24, q. 3, c. *Haereticus*, diffinit haereticum in hunc modum: “Haereticus est qui alicuius temporalis commodi et maxime vanae gloriae principatusque sui gratia 5

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 102 paratus ... explicite] omitted Vg 102–103 monstratum] manifestum Fi Ly Vg 106 titubante] titubantes Vg 106 dubitat] dubitant Ly Vg 109 vel¹] et Vc 113 qua] que Fi Vg 115 explicite] omitted Ly Vg 118 hoc ... fidem] omitted Ly 120–121 autem] omitted Ly 121 quod] quia Fi 122 certa] recta Ly Vg 122 firmam] furtivam Vg 122 implicitam] implicite Ly Vg 124 firmam] et added Ly 4 c haereticus] omitted Fi Vc Vg 4 diffinit] distinguit Vg 5 qui] omitted Vg 5–6 temporalis] corporalis Fi Vg

105 *Aperte*: above, 5.81 108 Gratiani: above, 5.89 113 rationem: above, 5.94 118 Athanasii: above, 5.97 119 Bernhardus: above, 5.102 3 memoratam: above, 3.11 4–7 col. 998

falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur”. Ex qua diffinitione colligitur quod qui tantummodo veteres haereses imitantur, quamvis sint pertinaces, non sunt haeretici reputandi. Et ita prior
 10 descriptio haeretici non est congrue assignata, quia competit multis, scilicet illis qui tantummodo veteres haereses imitantur, qui tamen non sunt haeretici iudicandi secundum diffinitionem Augustini, eo quod novas opiniones neque gignunt nec sequuntur.

Item, multi baptizati pertinaciter errant ex sola credulitate vel
 15 deceptione, non alicuius temporalis commodi nec vanae gloriae nec principatus sui gratia, et per consequens secundum diffinitionem Augustini non sunt haeretici iudicandi; et tamen illis competit descriptio saepe fata. Ergo non est vera descriptio.

Item, aliquis certus de fide et in nullo dubitans alicuius temporalis commodi et maxime vanae gloriae principatusque sui gratia contra conscientiam potest novas ac falsas opiniones gignere atque sequi. Ergo certus de fide et in nullo dubitans potest esse haereticus, secundum diffinitionem Augustini. Male ergo describitur haereticus cum asseritur quod omnis haereticus est pertinaciter dubitans vel errans contra catholicam veritatem.
 20
 25

Magister: Ad ista isti respondent dicentes quod Augustinus non intendit in verbis praescriptis haereticum diffinire, sed intendit assignare unum modum cognoscendi haereticum, ut scilicet quicumque alicuius temporalis commodi et maxime vanae gloriae principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones gignit vel sequitur censeatur haereticus. Unde licet in propositione quam ponit Augustinus, si intelligatur universaliter, primo ponatur vocaliter haereticus ante copulam, et ex hoc possit quis opinari quod haereticus sit subiectum, tamen secundum rei veritatem, ut isti dicunt,
 30
 35 “haereticus” debet esse praedicatum et illud quod sequitur debet esse subiectum. Et isto modo sub bono intellectu concedenda est universalis formata ex verbis Augustini ista, videlicet quicumque

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 7 vel¹] omitted Ly Vg 8 imitantur] imitatur Ly 9 quamvis] licet Fi Ly Vg 9 ita] ideo Fi Ly Vg 12 iudicandi] sed added Vg 15 non] omitted Vg; gratia added Ly 15 nec] ut Vg 16 nec] ut Vg 16 principatus] ergo added Vg 16 sui] nec Ly 16 gratia] omitted Vg; sua added Vg 16–17 diffinitionem] omitted Ly Vg 17 augustini] Augustinum Vg 18 fata] facta Vg 18 vera] vere Fi 23 diffinitionem] intentionem Fi Ly Vg 26 respondent dicentes] dicunt Ly Vg 27 praescriptis] praescriptionis Vc 30 vel] atque Fi 32 si] omitted Ly 32 universaliter] vel Ly Vg 32 vocaliter] voluntate Vg 33 haereticus¹] haereticum Vg 33 possit] posset Ly Vg 35 illud] id Ly 37 ista] ita Ly, istam Vg

alicuius temporalis commodi et maxime vanae gloriae principatusque sui gratia animo pertinaciter defendendi novas ac falsas opiniones contra fidem gignit vel sequitur est reputandus haereticus, licet si contra conscientiam et in corde de aliquo pertinente ad fidem nullatenus dubitans praedicto modo haereses gigneret vel sequeretur non esset apud Deum (qui cor intuetur) haereticus, quamvis mortalissime coram Deo peccaret.

Discipulus: Quomodo debet quis reputari haereticus si non est coram Deo haereticus?

Magister: Ad hoc respondetur faciliter, quia de exterioribus habemus tantummodo iudicare, occulta autem ad iudicium spectant divinum, et ideo talis a nobis est censendus haereticus propter illa quae nobis apparent exterius, licet apud Deum non sit haereticus, quemadmodum saepe multos bonos arbitrari debemus quia nullum malum in ipsis nobis apparet qui tamen apud Deum sunt pessimi.

Discipulus: Discurre per obiectiones quas feci.

Magister: Ad primam earum respondetur quod qui veteres haereses pertinaciter imitantur sunt censendi haeretici, et ideo non solum illi qui quacunquē ex causa novas ac falsas opiniones gignunt vel sequuntur sunt haeretici sed etiam alii. Nam qui modo haeresim Arrii ab antiquo damnatam pertinaciter defensaret esset haereticus iudicandus. Nec obstant verba Augustini, qui, ut dictum est, non intendit per illa verba neque diffinitionem neque descriptionem haeretici assignare. Unde dicunt quod multi saepe falluntur de enunciationibus sanctorum et auctorum, putantes eos velle diffinitiones vel descriptiones aliquarum rerum vel nominum assignare cum tamen nonnunquam intendunt solummodo propositiones particulariter veras asserere.

Ad secundam respondetur quod pertinaciter errantes ex sola credulitate vel deceptione sunt haeretici iudicandi, quia non soli

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 39 animo] non Ly Vg 41 licet] sed Fi Ly Vc Vg 43 non] nec Vg 43 intuetur] intueretur Vg 47 magister] omitted Fi 47 quia] quod Fi Ly Vg 50 quae] a added Vg 51 quemadmodum] quamvis Ly Vg 56 haereses] omitted Fi 57 solum illi] soli Ly Vg 58 alii] multi added Ly 60 qui] quia Fi Ly Vg 63 auctorum] actorum Vg 64 eos] omitted Fi Ly Vg 65 nonnunquam] nunquam Fi Vg, nunquam hoc Ly 65 intendunt] sed added Ly 66 propositiones] proponentes Ly 66 particulariter] particulares Ly

55 primam: above, 11.7 67 secundam: above, 11.14

70 illi de quibus loquitur Augustinus in verbis praemissis sed etiam alii sunt censendi haeretici.

Ad tertiam dicunt quod illi qui in corde non dubitant et tamen alicuius temporalis commodi gratia vel forte pro temporali periculo citra mortem vitando assertiones haereticales sequuntur (quales dicunt esse multos his diebus, et maxime de ordine 75 Fratrum Minorum, qui opiniones novas de paupertate Christi et apostolorum ac etiam de animabus damnatorum et sanctorum, quas in cordibus suis putant haeticas et tamen ipsas pertinaci animositate sequuntur, non sunt in rei veritate haeretici, et tamen a fidelibus (qui non habent de occultis motibus animae iudicare) 80 sunt haeretici reputandi et tanquam haeretici feriendi. Et si postea dicerent se dictas haereses in mente minime tenuisse, sed pro assequendo aliquo commodo temporali vel pro vitando periculo se finxisse tenere, non esset eis fides aliqua adhibenda, sed essent ab omni assertionem et testimonio tanquam falsi et duplices 85 repellendi.

Discipulus: De illis quos isti adducunt in exemplum alias te interrogabo sollicite et ad probandum quod isti qui sunt sectatores Iohannis papae 22 non sunt haeretici nec errantes sed catholici et fideles fortiter allegabo.

90 **Magister:** Vis ergo quod istius operis hic sit finis.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 71 quod] *omitted* Ly Vg 71 et] *omitted* Ly 72 forte] fere Vg, etiam Fi 74 esse] *omitted* Vg 78 rei] *omitted* Ly 80 et¹] tamen in omnibus *added* Ly; in omnibus *added* Fi Vg 80 feriendi] fugiendi Ly 86 quos] quae Ly Vg 86 te] *omitted* Ly 87 qui] *omitted* Vc; *added* Vcb 87 sectatores] sanctissimi patris domini *added* Ly Vg 88 iohannis] Innocenti Ly 90 quod] *omitted* Fi Ly Vg

71 tertiam: above, 11.19

LIBER QUARTUS**Capitulum 1**

Discipulus: Volo hic istum tertium finire et ad quartum me transferre. Intendo enim inquirere quomodo de pertinacia debeat quis convinci. Ante omnia tamen cupio scire quomodo pertinax diffinitione exprimente quid nominis diffinitur; ex tali namque diffinitione, ut puto, multae difficultates debent solvi, nec sine ipsius notitia potest sciri qualiter de pertinacia debeat quis convinci. 5

Magister: Pertinax a quibusdam diffinitur sic: pertinax est qui persistit in eo quod debet dimittere. Istam diffinitionem declarant dupliciter. Primo auctoritate Isidori dicentis quod pertinax dicitur quasi impudenter tenax. Ille autem est impudenter tenax qui tenet quod debet dimittere. Ergo et pertinax est ille qui tenet et persistit in illo quod debet dimittere. Secundo sic: perseverantia et pertinacia opponuntur et contrarias debent diffinitiones habere. Sed perseverans dicitur ille qui persistit in illo quod debet. Ergo pertinax dicitur ille qui persistit in illo quod debet dimittere. 10 15

Discipulus: Miror quod isti volunt probare diffinitionem pertinacis de pertinace, cum diffinitio de diffinito probari non possit. 20

Magister: Non intendunt probare proprie loquendo diffinitionem pertinacis de pertinace, sed volunt declarare et per declarationes manifestare quodammodo diffinitionem pertinacis.

Discipulus: De talibus difficultatibus nolo me intromittere multum ad praesens, sed aliud movet me contra diffinitionem praedictam, quia secundum eam omnis errans est pertinax. Omnis enim errans aliquamdiu est in errore. Sed nullus unquam debet esse in errore—imo omnis errans debet errorem dimittere. Ergo omnis errans est pertinax. 25

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 3 tertium] librum Fi Ly 4 transferre] transferam Ly 5 pertinax] pertinacia Fi Ly 12 primo] modo added Ly 14 et] omitted Ly 17 dicitur] est Ly 18 dicitur] est Fi Ly 18 dimittere] dimitti Vc 19 miror] amiror Fi 19–20 pertinacis] pertinacitatis Fi Ly 20 de pertinace] omitted Vc 22 pertinace] pertinacitate Ly 24 difficultatibus] diffinitionibus Ly 27 aliquamdiu] quamdiu Ly 27 errore] est pertinax added Ly

20 Cf. *Summa logicae* III2, 31.90, p. 565.

Incipit liber quartus prime partis dyalogorum docens qualiter debeat de pertinacia pravitate heretice quis convinci Vc

30 **Magister:** Dicunt per aequivocationem te decipi. Est enim de-
bitum necessitatis et debitum congruitatis. In praedicta autem dif-
finitione debet accipi secundum quod importat debitum necessi-
tatis, ut iste sit sensus: pertinax est ille qui persistit in aliquo
35 debito congruitatis deberet omnem errorem dimittere (quod non
est verum), non tamen omnis errans de necessitate salutis omni
tempore debet errorem suum dimittere.

Discipulus: Video quod isti diffiniunt pertinacem communius
quam competat erranti in fide. Ideo appropriata diffinitionem prae-
40 dictam erranti in fide.

Magister: Appropriatur sic: pertinaciter errans in fide est qui
persistit in heresi quam debet de necessitate salutis dimittere.

Discipulus: Appropriata eandem dubitanti pertinaciter contra fi-
dem.

45 **Magister:** Appropriatur sic: pertinaciter dubitans contra fidem
est qui persistit in dubitatione circa ea quae fidei sunt quam debet
de necessitate salutis dimittere.

Discipulus: Secundum praedicta omnes Iudaei et Gentiles es-
sent pertinaces, quia omnes tenentur errorem suum dimittere.

50 **Magister:** Ista est difficultas quae longum tractatum requireret
propter illos qui nunquam de fide vera informati fuerunt; nec est
defectus illorum quod informationem minime habuerunt, si qui
sunt tales. De aliis autem Gentilibus et Iudaeis isti dicunt aperte
quod debent in numero pertinacium reputari.

Capitulum 2

Discipulus: De ista difficultate nolo tecum ad praesens col-
lationem habere, sed volo te interrogare de proposito principali,
scilicet quomodo de pertinacia valeat quis convinci.

5 **Magister:** Circa illa quae fidei sunt duplex potest pertina-
cia inveniri, una mentalis, quando scilicet quis pertinaciter corde

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 30–31 debitum¹] debitor Ly 31 debitum]■
debitor Ly 35 debito] quod added Ly 35 deberet omnem] dicunt oportet
Ly 35 deberet] debeat Vc 39 fide] et added Ly 41–42 magister ... di-
mittere] omitted Fi Ly 43–44 discipulus ... fidem] omitted Fi Ly 50 magister]■
omitted Ly 52 quod] qui Ly 2–3 collationem] collonem Vc, collocutio-
nem Fi Ly 5–6 pertinacia] pertinacitas Fi Ly

pertinacia mentalis et ?usualis quodque pertinaciter errare mente contingit tri-
pliciter et quomodo intelligitur quod quis est nescienter aut scienter pertinax
vel haereticus Ox

adhaeret haereticae pravitati vel pertinaciter dubitat de catholica veritate. Alia est pertinacia exterior, quae facta vel verbo exteriori consistit. Prima pertinacia aliter quam per praesumptionem probabilem vel violentam convinci non potest a nobis quia in talibus non necessario interioribus exteriora correspondent—imo unum saepe tenetur interius et aliud exterius similatur. 10

Discipulus: Quamvis intentio mea fuerit interrogare de pertinacia exteriori solummodo, causa tamen exercitii dicas aliqua de pertinacia interiori et mentali—quis videlicet pertinaciter errat in mente? 15

Magister: Sunt quidam dicentes quod tripliciter potest quis errare pertinaciter in mente. Primo quidem si quis, non obstantibus miraculis quae audivit fuisse facta pro fide confirmanda, putat fidem esse falsam vel incertam. Secundo si in genere credit totam fidem esse veram, alicui tamen errori in speciali, quem nescit explicite ad fidem pertinere, adhaeret tam fortiter quod, quantumcunque sibi evidenter ostenderetur pertinere ad fidem, dictum errorem nullo modo dimitteret, sed ante putaret fidem esse falsam. (Sicut si in Veteri Testamento, quando fideles credere Trinitatem personarum cum unitate Deitatis explicite minime tenebantur, aliquis credens totam doctrinam Moysi et fidelium esse veram, in speciali putasset quod tres personae non sunt unus Deus et suo errori tam fortiter adhaesisset quod ante doctrinam Moysi et Prophetarum credidisset esse falsam quam tenuisset tres personas esse unum Deum—iste, licet in genere credidisset totam fidem Moysi et Prophetarum esse veram, pertinax extitisset.) Tertio potest quis esse mentaliter pertinax in errore si alicui errori adhaeret et negligit (quando et quomodo debet) quaerere veritatem, quia talis non est paratus corrigi, sed persistit in errore quem debet de necessitate salutis dimittere. 20 25 30 35

Discipulus: Inter negligentiam et pertinaciam differentia reperitur. Sed iste ultimus est negligens. Ergo non est pertinax.

Magister: Respondetur quod quamvis negligentia et pertina-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 8 pertinacia] pertinacitas Fi Ly 8 quae] in *added* Fi Ly 8 verbo] in voce Fi Ly 12 tenetur] debetur Fi 15 errat] erret Fi Ly 18 mente] et *added* Fi Ly 19 audivit] audiuntur Fi Ly 19 confirmanda] firmanda Fi Ly 20 genere] generali Ly 21 quem] quam Fi Ly 23 evidenter] *omitted* Fi Ly 23 dictum] Av Ba Di Fr Ox To: deinde Vc; *omitted* Fi Ly 24 dimitteret] huius *added* Fi; huiusmodi *added* Ly 26 deitatis] divinitatis Ly 26 tenebantur] tenebatur Fi 30 quam] quae Fi Ly 33 adhaeret] inhaeret Ly 35 sed] si Ly 37–38 reperitur] invenitur Fi Ly

40 cia distinguantur, tamen aliquis negligens est etiam pertinax, nec
est inconueniens quod aliqua negligentia sit pertinacia reputanda.

Discipulus: Potestne aliquis dubitare pertinaciter contra fidem?

45 **Magister:** Dicitur quod tot modis quis potest pertinaciter dubitare
contra fidem quot modis potest errare pertinaciter contra fidem.

Discipulus: Nunquid potest alio modo distingui de pertinaci,
propter pertinaciam interiorem?

50 **Magister:** Aliter distinguitur de tali pertinaci saltem quantum
ad verba. Quia, sicut secundum Beatum Augustinum quidam est
haereticus scienter et quidam est haereticus nescienter, ita quidam
est pertinax scienter, ille scilicet qui putat fidem Christianam pro
aliqua sui parte esse falsam, et quidam est pertinax nescienter,
qui scilicet credit in genere totam fidem Christianam esse veram,

55 in speciali tamen alicui errori pertinaciter contra fidem adhaeret.
Discipulus: Quomodo potest quis esse scienter pertinax? Vi-
detur enim quod hoc contradictionem includit. Si enim est scien-
ter pertinax scit se esse pertinacem. Sed hoc includit contradic-
tionem. Quia qui errat putat esse verum circa quod errat, eo quod
60 errare est approbare falsum pro vero; nullus ergo scit se errare. Et
ita nullus est scienter pertinax, quia nullus scit se esse pertinacem
in errore.

Magister: Ista sententia pertinacis scienter non debet referri ad
pertinaciam errantis, ut aliquis sciat se pertinaciter errare, sed de-
bet referri ad contrarietatem suae pertinaciae vel erroris ad fidem
65 Christianam, ut dicatur scienter pertinax quia scit assertionem cir-
ca quam errat esse contrariam fidei Christianae, quemadmodum
dicitur quis scienter haereticus non quia sciat se esse haereticum,
sed quia scit assertionem suam esse contrariam fidei Christianae.
70 Sicut igitur ille vocatur scienter haereticus qui scit assertionem
suam que in rei veritate est haeresis esse contrariam fidei Chri-
stianae et ille dicitur ignoranter sive nescienter haereticus qui as-
sertionem suam nescit esse contrariam fidei Christianae sed putat

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 41 sit] est Fi Ly 47 alio] aliquo
Ly 51 et] *omitted* Fi Ly 51 est haereticus] vero Fi Ly 51 nescienter]
inscienter Fi Ly 57 includit] Av Ba Ox: includat Vc Fi Ly 57–59 si ...
contradictionem] *omitted* Fi Ly 63 sententia] clausula Ly 63 pertinacis]
cum dicitur *added* Fi Ly 64 ut] scilicet *added* Ly 66 quia] qui Fi Ly
68 sciat] scit Fi Ly 70 sicut] Av Ba Di Ox To: sic Vc Fi 71 que]
quia Ly 71 est] pertinax *added* Ly 72–73 et ... christianae] *omitted*
Ly 73–74 sed ... christianae] *omitted* Ly

esse consonam fidei Christianae, sic ille dicitur scienter pertinax in errore haereticali qui scit assertionem quam putat veram esse contrariam fidei Christianae; ille autem dicitur ignoranter sive nescienter pertinax in errore haereticali qui nescit assertionem suam esse contrariam fidei Christianae. 75

Capitulum 3

Discipulus: Distinctionem inter scienter pertinacem et nescienter pertinacem et similiter inter scienter haeticum et nescienter haeticum modo aliter quam prius intelligo, et ideo quamvis prius putaverim nullum esse scienter pertinacem aut scienter haeticum nunc mihi videtur quod omnis pertinax in errore et omnis haeticus est scienter pertinax et scienter haeticus et nullus penitus nescienter, quod potest tali ratione probari. Ad hoc quod aliquis sit catholicus et fidelis sufficit fides implicita. Hoc per exemplum de Cornelio centurione, de quo habetur Actuum 10 c., patere videtur, qui antequam de Christo fidem haberet explicitam fuit fidelis, quia iustus et timens Deum, et per consequens fidem habuit saltem implicitam; et ita fides implicita sufficit ad hoc quod aliquis sit catholicus et fidelis. Sed quicumque non est scienter pertinax neque scienter haeticus modo preexposito habet fidem implicitam, quia, ex hoc ipso quod non putat se errare contra fidem Christianam, credit totam fidem Christianam esse veram, licet in aliquo speciali erret; qui autem credit totam fidem Christianam veram habet fidem implicitam, ergo est catholicus et fidelis et per consequens non est pertinax neque haeticus. 5 10 15 20

Confirmatur haec ratio. Quia qui credit totam fidem Christianam esse veram habet fidem de omni veritate pertinente ad fidem

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 5 aut] nec Fi 6 quod] omnis haeticus qui scit assertionem suam quae in rei veritate est pertinax haeresis esse contrariam fidei Christianae Et ita dicitur ignoranter sive nescienter haeticus qui assertionem suam nescit esse contrariam fidei Christianae sed putat esse consonam fidei Christianae sic ille dicitur esse scienter pertinax in errore haereticali qui scit assertionem quam putat veram esse contrariam fidei Christianae. Ille autem dicitur ignoranter sive nescienter pertinax in errore haereticali qui assertionem quam putat esse veram nescit sive ignorat contrariam esse fidei. Et sic quilibet talis esset fidelis et catholicus quia *added* Ly 6–7 pertinax ... omnis] *omitted* Ly 8 probari] nam *added* Ly 9 hoc] patet *added* Fi Ly 11 patere videtur] *omitted* Fi Ly 13–14 ad ... aliquis] quod quis Ly 15 preexposito] prius exposito Ly 19 veram] esse *added* Fi Ly 20 est] *omitted* Vc 22 habet] et *added* Ly

nescienter haeticus potest quis esse tripliciter Ox

Christianam; qui autem habet fidem de omni veritate pertinente
ad fidem christianam non est haereticus, et per consequens non est
25 pertinax; sed quicumque non est scienter pertinax neque scienter
haereticus credit totam fidem Christianam esse veram; ergo ha-
bet fidem de omni veritate pertinente ad fidem Christianam, et
per consequens nullo modo est haereticus nec pertinax.

Magister: Ista obiectiones principaliter inducuntur ad pro-
30 bandum quod nullus est nescienter haereticus.

Discipulus: Ita est.

Magister: Dimittamus ergo loqui de pertinace et sufficiat de
haeretico facere mentionem.

Discipulus: Placet, quia qui potest videre quomodo quis potest
35 esse nescienter haereticus non dubitabit quin valebit quis esse
pertinax nescienter.

Magister: De nescienter haeretico distinguitur. Quidam enim
sunt vel esse possunt nescienter haeretici quia scienter et expli-
cite arbitrantur aliquas assertiones sub forma propria scriptas in
40 scriptura divina ad fidem Christianam nullatenus pertinere. Tales
fuerunt Manichei qui secundum Isidorum, prout recitatur 24, q.
3, c. *Quidam autem*, Testamentum Vetus respuerunt et Novum
ex parte tantummodo receperunt, et ita putabant se catholicos et
fideles Christianos, et ideo **check Fi** fuerunt nescienter haere-
45 tici quia assertiones contentas in Veteri Testamento asserunt
ad fidem Christianam minime pertinere. Quidam autem sunt ne-
scienter haeretici, qui nullam assertionem pertinentem ad fidem
Christianam sub forma propria in scriptura divina repertam dubi-
tant esse veram, quia totam scripturam divinam recipiunt; sed ta-
50 men aliquas assertiones sequentes ex illis, propter hoc quod aliter
intelligunt scripturas divinas quam sensus Spiritus Sancti flagitat
a quo sumptae sunt, non credunt esse veras, quia non putant quod
sequantur ex illis. Quia autem credunt irrevocabiliter contrarias

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 23–24 qui ... christianam] *omit-*
ted Ly 30 nescienter] scienter Ly 32 pertinace] pertinacitate Ly 32 sufficiat
sufficit Fi 34 quia] *omitted* Ly 35 valebit] valeat Fi Ly 36 pertinax] Av
Ox Ba Pam Vc: haereticus Fi Ly 37 nescienter] nesciente Ly 41 recitatur]
legitur Ly 43 ita] se *added* Fi 44 et] ita nescienter *added* Fi 45 assertiones]
assertionem Ly 45 contentas] contentam Ly 48 propria] scriptam *ad-*
ded Ly 48 repertam] reperta Fi 50 illis] non credunt esse veras quia
non putant quod sequantur ex illis *added* Vc 52 sumptae] scriptae Vc
52–53 non¹ ... illis] non credunt... illis: *omitted* Vc 53 quia] quidam Vc

41–42 col. 1001

assertiones esse veras, ideo haeretici sunt censendi, qui tamen in genere credunt totam fidem Christianam esse veram. 55

Capitulum 4

Discipulus: Ad quid valet ista distinctio?

Magister: Per istam distinctionem putant nonnulli demonstrative probare quod obiectiones tuae non concludunt.

Discipulus: Quomodo? 5

Magister: Ex primo membro probant quod aliqui possunt esse nescienter haeretici sic. Qui credit in genere quod tota fides Christiana est vera et tamen credit Vetus Testamentum vel Evangelium Lucae multa continere erronea, eo quod Vetus Testamentum vel Evangelium Lucae putat ad fidem Christianam nullatenus pertinere, vere est haereticus, praesertim si est pertinax; aliter enim posset quis absque haeretica pravitate dicere quod omnia Evangelia ad fidem non pertinent Christianam. Sed talis non est scienter haereticus, quia non credit se in aliquo contrariari fidei Christianae. Ergo aliquis potest esse haereticus nescienter quemadmodum Manichei fuerunt haeretici nescienter, quia putaverunt se esse veraciter Christianos et omnes alios Christianos qui Vetus Testamentum receperunt arbitrabantur haeticos contra fidem Christianam errantes. 10 15

Discipulus: Dic quomodo ad obiectiones superius tactas respondetur. 20

Magister: Obiectiones illae fundantur in aequivocatione de fide implicita. Est enim una fides implicita vera omnem assertionem pertinacem respectu cuiuscumque haereticae pravitatis excludens, et ista fides implicita sufficit ad hoc quod habens eam sit catholicus et fidelis. Alia est fides implicita falsa qua scilicet creditur hanc esse veram, “Fides Christiana est vera”, sed alia fi- 25

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 4 obiectiones] rationes Ly; *omitted* Fi 7 nescienter] sufficienter Vc 7 credit] credunt Fi Ly 8 tamen] non Vc 8 credit] credunt Fi Ly 10 putat] putant Fi Ly; multa continere quae *added* Ly 11 pertinere] pertinent Ly 11 est¹] sunt Ly 11 haereticus] haeretici Ly 11 est²] sint Ly 11 pertinax] pertinaces Ly 12–13 omnia ... non¹] non omnia Evangelia ad fidem Ly 18 arbitrabantur] arbitrantur Vc 20–21 respondetur] respondeatur Ly 22 magister] dicunt enim quod *added* Ly 27 hanc] Ba Di: haec Fi Ly Vc 27 esse] est Ly 27 veram] Ba Di: vera Fi Ly Vc

4 obiectiones tuae: above, 3.8.

Quod fides implicita aliquando est vera aliquando falsa quodque non sufficit credere fidem catholicam esse veram Ox

des quam illa quae est vere Christiana pro Christiana habetur. Et
 30 talem fidem habuerunt Manichei, quia credebant fidem Christianam
 esse veram, sed illam fidem vocaverunt Christianam quae in
 rei veritate non est Christiana, imo est contraria fidei Christianae.
 Et sic est de omnibus haereticis nescienter, quod licet credant
 hanc esse veram, “Fides Christiana vel fides ecclesiae universalis
 est vera”, tamen fidem reputant Christianam quae in rei veritate
 35 non est Christiana, licet credant eam esse Christianam, et ideo,
 quamvis nescienter, haeretici sunt.

Discipulus: Nunquid aliqui credentes fidem Christianam esse
 veram habent falsam fidem?

Magister: Nullus propter hoc quod credit fidem Christianam
 40 esse veram habet falsam fidem, sed credens quandam fidem esse
 Christianam quae in rei veritate non est Christiana habet falsam
 fidem. Sic Arrius in hoc quod credidit quod fides Christiana est
 vera et quod Evangelium continet veritatem non habuit falsam
 fidem, sed credendo quod Filius Dei non est aequalis Patri et
 45 quod hoc pertinet ad catholicam fidem habuit falsam fidem.

Discipulus: Adhuc non sunt illa argumenta soluta, quia fun-
 dantur in hac propositione, “Omnis fides implicita vera sufficit
 ad hoc quod habens eam sit catholicus et fidelis”.

Magister: De fide distinguitur, quia quaedam ponitur fides
 50 infusa quam etiam parvuli baptizati habere dicuntur, et de hac
 posset concedi propositio quam assumes; sed illam nullus habet
 haereticus nescienter. Alia est fides acquisita quae est credulitas
 quaedam qua quis absque dubitatione alicui assertioni adhaeret,
 et sic est propositio falsa, quia non omnis talis fides implicita vera
 55 sufficit ad hoc quod habens eam sit catholicus et fidelis. Quamvis
 enim nullus sit infidelis propter quamcunque fidem veram, tamen
 poterit habens unam fidem veram esse infidelis propter aliam fi-
 dem falsam.

Discipulus: Tantummodo quantum ad istam materiam indi-
 60 ca quid dicitur ad illam propositionem, “Qui credit totam fidem

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 28 vere] vera Fi Ly 32 quod]
 quia Vc 33 universalis] omitted Fi Ly 36 haeretici] tamen added Ly
 36 sunt] item patet de bohemi added Ly 42 sic] Di Vc Vf: sicut Fi
 Ly 42 in] omitted Fi 42 hoc] eo Fi Ly 42 credidit] credit Fi Ly
 43 quod] omitted Ly 46 soluta] sola Vc 46 quia] quae Ly 49 quia]
 quod Ly 51 nullus] nullam Fi 52 credulitas] incredulitas Ly 54 et sic]
 sicut Ly 54 et] omitted Fi 59 tantummodo] nihil modo Ly; omitted Fi
 59 materiam] sed added Ly 59–60 indica] mihi added Fi Ly 60 illam]
 aliam Ly

Christianam esse veram habet fidem de omni veritate pertinente ad fidem Christianam”.

Magister: Hoc negatur de fide quae reddit aliquem catholicum nisi, credens totam fidem Christianam esse veram, nullam fidem reputet Christianam nisi illam solam quae vere est Christiana. 65

Capitulum 5

Discipulus: Postquam tecum collationem habui de pertinacia interiori volo aliqua interrogare de pertinacia exteriori: quando scilicet propter ea quae apparent exterius debent catholici aliquem errantem contra fidem tanquam pertinacem habere, et quomodo de pertinacia in iudicio debeat quis convinci. In primis autem cupio scire an uno modo tantum vel pluribus possit constare aliquem errantem contra fidem esse pertinacem. 5

Magister: Plures modi ponuntur quibus possunt catholici praesumptionem accipere violentam de aliquo quod est pertinax in errore. 10

Discipulus: Primo tractemus unum modum, postea alium.

Magister: Primus modus quo potest quis de pertinacia apprehendi est si facto vel verbo monstrat se non firmiter credere fidem Christianam esse veram et sanam, puta si dicit fidem christianam esse falsam vel dubiam, vel ad sectam aliam se convertit, ut pote si facit se circumcidi vel Mahometum adorat. De tali enim licet cuilibet iudicare quod pertinaciter errat vel dubitat contra veritatem et quod est scienter haereticus manifestus, et si convictus fuerit vel confessus in iudicio quod tale quid dixerit vel fecerit, sine ulteriori examinatione est tanquam pertinax et haereticus condemnandus. 15 20

Discipulus: Potestne inveniri casus in quo talis possit de pravitate haeretica excusari?

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 64 esse veram] *omitted* Fi Ly 65 illam solam] *omitted* Fi Ly 3 aliqua] aliquam Fi Ly 3 interrogare] recipere Fi Ly 4 propter] praeter Fi Ly 12 alium] modum *added* Fi Ly 14 si] cum in Fi Ly 14 vel] in *added* Fi Ly 14 monstrat] quis *added* Fi Ly 15 christianam²] *omitted* Fi Ly 16 pote] puta Fi Ly 18 contra] *omitted* Fi Ly 20 quid] aliquid Fi Ly 21 examinatione] examine Fi Ly 23 talis] *omitted* Fi Ly 23 possit] haereticus *added* Fi Ly 23 de] tali *added* Fi Ly

tractatur quomodo quis possit de pertinacia exteriora convinci et ponuntur modi primus quomodo quis dicit fidem christianam non veram Ox

25 **Magister:** Unus solus casus quantum ad fidei abnegationem
excipitur, scilicet si metu mortis fidem negaverit, dicendo fidem
Christianam esse falsam vel dubiam. Duo vero excipiuntur quan-
tum ad factum haereticale. Primus est si quis metu mortis actum
30 haereticalem commiserit, puta si pro morte vitanda quis adora-
verit Mahometum. Et isto modo excusabatur Beatus Marcellinus,
qui immolando idolis non fuit effectus haereticus, licet mortale
peccatum commiserit. Secundus casus est si absoluta coactione
quis coactus fuerit actum haereticalem committere, in quo casu
etiam ab omni peccato excusatur.

35 **Discipulus:** Vellem scire rationem quare talis non debet statim
haereticus et pertinax reputari, cum ita possit quis ambitione vel
cupiditate tractus verbo vel facto ostendere se non tenere firmiter
fidem Christianam esse veram, quam tamen in mente tenet esse
veram, sicut potest quis hoc simulare metu mortis.

40 **Magister:** Ratio assignatur quia cum quis extra metum mor-
tis aliquid dicit aut facit plus habet de voluntario quam quando
dicit aut facit aliquid metu mortis inductus. Et ideo nulla cupi-
ditas vel ambitio excusat de pertinacia in licito iudicio hominem
quemcumque facto vel verbo monstrantem se fidem Christianam
45 firmiter non tenere. Et eodem modo dicitur quod nec amor nec
odium, nec aliquid praeter timorem mortis, potest quemcumque
in hoc casu excusare quin sit haereticus reputandus, nisi dicatur
quod per gravia illata tormenta vel metum eorum in hoc casu quis
valeat excusari.

50 **Discipulus:** Nunquid modo praedicto est dicendum de omni
scienter haeretico?

Magister: De omni scienter haeretico sunt intelligenda prae-
dicta.

Capitulum 6

Discipulus: Sufficiat dixisse praedicta de primo modo. Dic
nunc secundum modum quo valeat de pertinacia quis convinci.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 26 si] quando Vc 26 negaverit]
negavit Fi Ly 30 excusabatur] excusatur Vc 31 qui] quod Vc 31 effectus]
factus Fi Ly 35 non] Sc: *omitted* Ww 36 vel] et Fi Ly 37 vel] et Vc
41 aut] et Fi Ly 41 plus] magis Fi Ly 44 quemcumque] quantumcun-
que Fi Ly 44 monstrantem] monstraret Fi Ly 45 non] *omitted* Fi Ly
3 modum] *omitted* Ly

Secundus modus pertinaciae, si quis dicit aliquam partem Novi aut Veteris
Testamenti non veram aut non recipiendam a catholicis Ox

Magister: Qui dicit aliquam partem Novi aut Veteris Testamenti aliquod falsum asserere aut non esse recipiendam a catholicis est pertinax et haereticus reputandus. Unde propter hoc fuerunt Manichei haeretici iudicati, qui Vetus Testamentum respuerunt et Novum Testamentum pro parte tantummodo receperunt. 5

Discipulus: Nunquid si aliquis laicus qui de libro forte Iosue nunquam audivit fieri mentionem diceret eundem librum Iosue ad Vetus Testamentum minime pertinere esset censendus haereticus? 10

Magister: Differentia est inter dicentem aliquam scripturam ad Vetus vel ad Novum Testamentum minime pertinere et dicentem aliquam partem Novi vel Veteris Testamenti non esse recipiendam. 15

Primus, si est laicus vel illiteratus non est statim censendus haereticus sed est diligenter examinandus et etiam instruendus. Et si post informationem convenientem non se corrigeret esset pertinax reputandus. Si vero est literatus, sciens quos libros ecclesia reputat esse de integritate Novi et Veteris Testamenti, et tamen hoc non obstante diceret librum Iosue vel alium ad Vetus Testamentum minime pertinere esset statim haereticus et pertinax iudicandus, nec esset expectandus ut se correctus corrigeret, sed statim pro incorrigibili esset habendus. 20 25

Secundus autem, qui scilicet dicit aliquam partem Novi vel Veteris Testamenti non esse recipiendam vel aliquod falsum asserere, sive literatus sive illiteratus extiterit, est statim pertinax iudicandus, nisi forte fuerit adeo simplex quod nesciat quid per “Novum et Vetus Testamentum” importetur et, seductus ab aliis, dicat Novum vel Vetus Testamentum aut aliquam partem recipi non debere, firmiter tamen credens totam fidem ecclesiae esse recipiendam. Talis enim non est inter haereticos computandus sed per simplicitatem et ignorantiam excusandus. Et de talibus simplicibus dicit Augustinus, ut habetur 24, q. 3, c. *Haereticus*, “Ille 30 35

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 4 magister] *omitted* Fi 4 aut] et Vg 6 unde] et *added* Fi Ly Vg 7 haeretici] et *added* Ly 7 qui] quia Fi Ly Vg 10 nunquid] numquam Vg 12 esset] est Vg 13 magister] *omitted* Fi 14 ad¹] *omitted* Vc 14–15 dicentem] dicere Ly Vg 15–16 recipiendam] tenendam Ly 17 primus] primo Vg 17 si est] sit esset Ly 17 est²] esset Ly 18 est] esset Ly; *omitted* Vg, *added* Vgb 18 etiam] *omitted* Fi 18 instruendus] informandus Fi Ly Vg 24 correctus] *omitted* Ly 27 recipiendam] recipiendum Vg 27 aliquod] aliquid Ly 28 extiterit] existeret Fi Ly Vg 28 est] esset Ly 30 importetur] importaretur Vc 31 aliquam] aliam Ly Vg

autem qui huiusmodi hominibus,” scilicet haereticis, “credit imaginatione quadam veritatis est illusus.” Et ideo non videtur quod debeat pertinax iudicari nisi credat fidem ecclesiae esse falsam vel alio modo pertinax convincatur.

Capitulum 7

Discipulus: Circa istum modum de pertinacia convincendi nolo multum insistere quia non audio quod illi inter quos modo controversia vertitur aliquid tale mutuo sibi imponant nec aliquis alteri. Unum tamen retulisti quod peto declarari quia forte
5 utile erit ad multa eo quod ad multa genera haereticorum applicari poterit ut videtur. Dixisti namque quod si aliquis sciret quos libros Ecclesia reputat de integritate Novi et Veteris Testam-
10 ti et tamen hoc non obstante diceret aliquem eorum ad Novum vel Vetus Testamentum minime pertinere esset statim pertinax et haereticus iudicandus nec esset expectandus an correctus paratus esset se corrigere sed statim pro incorrigibili esset habendus. De hoc enim ultimo miror quomodo talis sit statim incorrigibilis reputandus. Qui enim corrigi potest non est incorrigibilis. Talis
15 autem corrigi potest. Ergo non est incorrigibilis reputandus.

Magister: Multorum iudicio bene dixisti hoc quod petis utile esse ad multa quia nonnulli ex declaratione ipsius multa probare conantur. Dicitur itaque quod sicut “impenitens” dupliciter accipitur, uno modo pro illo qui penitere non potest, alio modo pro
20 illo qui est in proposito minime penitendi, sic incorrigibilis dupliciter dicitur, uno modo ille qui non potest corrigi—et talis non est in hac vita praesertim si non est alienatus a sensu. Aliter dicitur ille incorrigibilis qui est in proposito se nullatenus corrigendi, licet possit corrigi. Et omnis talis incorrigibilis debet pertinax reputari. Unde talis incorrigibilis vocari potest pertinax, contumax,
25 obstinatus et induratus. Non igitur, sicut accipis, qui corrigi potest non est incorrigibilis; imo multi sunt incorrigibiles qui sunt

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 36 huiusmodi] *omitted* Fi 36 haereticis] haereticus Ly 38 credat] credit Vg 3 audio] audeo Ly Vg 3 quod] ne Ly 6 erit] est Vc; et *added* Ly Vg 6 eo ... multa²] *omitted* Ly 9 diceret] quod *added* Ly Vgb 9 aliquem] aliquis Ly Vg 10 pertinere] pertinere Ly 12 se ... esset²] *omitted* Vg, *added* Vgm 17 esse] est Vc Vg 22 sensu] spiritu Vc 22 aliter] *omitted* Vg, *added* Vgm 23 se] minime Vg 24 possit] posset Ly 24 omnis] etiam *added* Fi Ly Vg 26 et] *omitted* Fi Ly Vg

Dubitatur quod sicut impenitens ita incorrigibilis dicitur qui habet propositum nunquam se corrigi Ox

in proposito se nullatenus corrigendi, qui tamen corrigi possunt; et saepe incorrigibiles corriguntur, quia de nullo incorrigibili in vita praesenti est penitus desperandum, sicut nec de aliquo impenitente quamdiu vixerit est desperandum. 30

Capitulum 8

Discipulus: Dic alium modum quo de pertinacia debeat quis convinci.

Magister: Dicunt nonnulli quod ille debet pertinax iudicari qui tenet ecclesiam universalem errare vel errasse ex quo cepit ecclesia Christiana congregari, licet credat fidem Christianam traditam a Christo et apostolis in nulla sui parte mendacium continere. Talis enim, ut dicunt, non est examinandus an paratus sit corrigi, sed eo ipso quod hoc dicit est pertinax reputandus. 5

Discipulus: Nunquid omnes literati sic sentiunt? 10

Magister: Quidam tenent contrarium, dicentes quod absque pertinacia et haeretica pravitate potest quis ex simplicitate et ignorantia dicere ecclesiam errare vel errasse. Et ideo sic dicens est examinandus sollicitate an paratus sit corrigi. Et si quidem paratus sit corrigi non est pertinax nec haeticus iudicandus; si autem corrigi nolit est inter pertinaces et haeticos numerandus. 15

Capitulum 9

Discipulus: Quia nonnulli imponunt domino Iohanni papae 22 quod ipse habet dicere et asserere ecclesiam universalem errare, de quo aliquando tecum collocutionem habebis, pro assertionibus contrariis supradictis aliquas allegationes adducas? 5

Magister: Pro prima assertionem potest taliter allegari: fides Christiana est fides universalis ecclesiae, nec inter fidem Christianam et fidem universalis ecclesiae potest aliqua differentia reperiri. Qui ergo dicit ecclesiam universalem errare vel erras-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 7 et] ab added Fi Ly Vg 8 enim] et added Vg 9 hoc] omitted Ly 10 nunquid] numquam Vg 11 dicentes] tenentes Vg 12 et²] vel Fi 13 sic dicens] dicunt quod sic Ly, docet sic Vg 14 corrigi] an non added Ly 14 quidem] quis Vc 2 imponunt] sanctissimo patri added Fi Ly Vg 3 universalem] omitted Ly 3 errare] errasse Fi Ly Vg 4 quo] tamen added Ly 4 tecum] omitted Ly

Tertius modus pertinaciae, si quis dicit ecclesiam universalem errare aut aliquando errasse Ox aliquando errat universalis ecclesia arguitur pro et contra, et quandoque divulgata est causa quare tenetur quis explicite credere conclusionem et non antecedens Ox

10 se dicit fidem Christianam esse erroneam; qui autem dicit fidem
christianam esse erroneam est statim absque ulteriori examina-
tione pertinax et haereticus reputandus; ergo qui dicit ecclesiam
universalem errare vel errasse est statim absque aliqua examina-
tione pertinax et haereticus iudicandus.

15 Pro assertionem contraria taliter allegatur: qui dicit vel tenet ali-
quam assertionem cuius contrariam non tenetur explicite credere
non est statim pertinax nec haereticus iudicandus, quia qua ratio-
ne potest quis tenere unam assertionem haereticalem cuius con-
trariam non tenetur explicite credere absque hoc quod pertinax et
20 haereticus iudicetur, eadem ratione et aliam quamcunque assertio-
nem haereticalem cuius contrariam non tenetur explicite credere
potest dicere et tenere absque hoc quod statim debeat pertinax et
haereticus iudicari. Sed non quilibet Christianus tenetur explicite
credere quod ecclesia universalis non errat nec erravit. Ergo qua-
25 mvnis aliquis dixerit quod ecclesia universalis errat vel erravit non
est statim pertinax et haereticus iudicandus, sed examinandus est
an paratus sit corrigi.

Maiores istius rationis videtur esse manifesta.

Minor probatur quia nullus tenetur explicite credere conclusio-
nem qui non tenetur explicite credere antecedens vel praemissas
30 propter quod vel quas tenetur conclusio. Sed quod ecclesia uni-
versalis non errat vel erravit est conclusio quae ideo credenda
est quia Christus dixit (Matthaei ultimo), “Vobiscum sum om-
nibus diebus usque ad consummationem saeculi”, et quia rogavit
35 pro Petro ne deficeret fides eius. Ista autem ex quibus infertur
quod universalis ecclesia non erravit nec errat multi non tenen-
tur explicite credere quia multi sunt illiterati qui verba praedicta
nunquam audiverunt. Ergo nec tenentur explicite credere quod
ecclesia universalis non errat nec erravit.

40 Confirmatur haec ratio, quia si quilibet Christianus tenetur ex-
plicitate credere ecclesiam universalem non errare nec errasse, aut
ergo tenetur hoc credere quia in Scriptura Divina asseritur, aut

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 10–11 qui ... erroneam] et Ly
Vg 13 absque] ab Fi Vg; sive *added* Vgb 16 contrariam] contrarium
Ly Vg 17 nec] et Fi Ly Vg 18–19 contrariam] contrarium Ly 20 et]
ad Vg; *omitted* Ly 21 contrariam] contrarium Ly Vg 23 non] *omitted*
Vc 24 nec] vel Ly 28 esse] *omitted* Fi Vg 29–30 conclusionem]
omitted Vg, *added* Vgm 32 errat vel] erret nec Vc 32 vel] nec Fi Vg
33 est] *omitted* Vg 33 dixit] dicit Ly 36 multi] sunt illiterati *added* Vg
38 audiverunt] audierunt Ly Vg 40 si] *omitted* Vg

quia ad doctrinam pertinet universalis ecclesiae, aut quia ex doctrina universalis ecclesiae vel ex Scriptura Divina manifeste concluditur, vel quia est ab ecclesia universali explicite approbatum, vel quia apud omnes Christianos tanquam catholicum divulgatum existit. Non propter primum, quia multa in sacra pagina asseruntur quae non quilibet Christianus tenetur explicite credere, nec propter secundum per eandem rationem, nec propter tertium vel quartum propter idem, nec propter quintum quia haec veritas, “ecclesia universalis non potest errare”, non est apud omnes Christianos simplices et alios divulgata. Multi enim sunt qui de ea loqui non audierunt omnino.

Discipulus: Si haec ratio procederet videretur quod divulgatio apud Christianos esset maioris auctoritatis quam Scriptura Divina, quia propter divulgationem huiusmodi tenerentur omnes Christiani alicui veritati explicite assentire cui tamen non tenerentur propter Scripturam Divinam explicite adhaerere.

Magister: Ad hoc dicitur quod divulgatio apud omnes Christianos non est maioris auctoritatis quam Scriptura Divina sed est pluribus nota quam Scriptura Divina. Et ideo quod omnes Christiani tenentur explicite credere veritatem apud omnes Christianos etiam simplices divulgatam et non tenentur omnes explicite credere omnes veritates contentas in Scriptura Divina, non est propter maiorem auctoritatem talis divulgationis quam Scripturae Divinae sed quia talis divulgatio ad notitiam plurium iam pervenit, et per hoc assignatur ratio quare quilibet tenetur explicite credere fidem Christianam esse veram, quia ista veritas apud omnes divulgata existit, sicut et ista “Fides quam Christus docuit vera est et sana”.

Discipulus: Dic quomodo respondetur ad rationem pro assertionem contraria.

Magister: Respondetur quod peccat per fallaciam figurae dictionis, quia licet eadem sit fides Christiana et fides universalis ecclesiae, quando ecclesia non errat, tamen secundum istos universalis ecclesia consignat vel significat Christianos in recto, quos

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 43 ex] in Ly 44 manifeste] omitted Fi Ly Vg 44–45 concluditur] continetur Ly Vg 46 christianos] catholicos Fi Ly Vg 47 existit] extitit Ly 47 pagina] scriptura Ly Vg 54 quod] omitted Vg 62 explicite ... veritatem] credere veritatem explicite veritatem Vg 63 etiam] et Ly Vg 66 talis] omitted Vg, added Vgm 67 quilibet] quisque Ly Vg 68 christianam] explicite added **significant?** Fi Ly Vg 75 quando] quoniam Vg 76 significat] signat Fi Vg

taliter non signat fides Christiana. Et ideo, ut dicunt, non sequitur:
 quilibet Christianus tenetur explicite credere fidem Christianam
 esse veram, ergo tenetur credere explicite ecclesiam universalem
 80 non errare nec errasse.

Discipulus: Non diffundas te circa illa quae ad rationalem
 spectant scientiam, sed dic quomodo ad rationem in contrarium
 respondetur.

Magister: Ad rationem illam dicitur quod quandoque magis
 85 tenetur quis credere conclusionem explicite quam praemissas ex
 quibus infertur, propter hoc quod conclusio magis quam praemis-
 sae apud catholicos divulgatur. Ita est de ista, “ecclesia universalis
 non errat nec erravit.” Haec enim sub istis verbis vel aequipollen-
 90 tibus apud omnes catholicos divulgatur. Quilibet enim Christia-
 nus putat illam esse universalem ecclesiam quae secum in fide
 concordat, et ideo, sicut quilibet explicite credit se tenere veram
 fidem et non falsam, ita quilibet credit explicite universalem ec-
 clesiam servare veram et catholicam fidem et non falsam fidem.
 Quare sicut ista, “fides Christiana est vera fides”, est apud omnes
 95 Christianos divulgata, et ideo quilibet tenetur eam explicite cre-
 dere, ita ista, “fides universalis ecclesiae est vera fides” est apud
 omnes Christianos divulgata. Quare quilibet Christianus eam te-
 netur explicite credere. Et ideo quicumque illam negat est statim
 sine maiori examinatione pertinax et haereticus reputandus.

Capitulum 10

Discipulus: Isti videntur distinguere inter universalem eccle-
 siam et multitudinem Christianorum. Nunquid igitur concedunt
 quod quilibet tenetur credere explicite quod multitudo vel maior
 5 pars Christianorum non errat nec erravit in fide?

Magister: Respondetur quod non est necesse credere neque
 implicite neque explicite multitudinem Christianorum vel maio-
 rem partem non errare in fide nec errasse, pro eo quod fides ca-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 81 circa] ad Ly Vg 82 spectant]
 spectat Ly 87–89 ita ... divulgatur] omitted Vg, added Vgm 89 omnes]
 omitted Vc 94 christiana] omitted Vg 94 est²] omitted Vg 94 omnes]
 omitted Fi Ly Vg 96 ista] omitted Ly 96 est²] omitted Vc 97 omnes]
 omitted Fi Ly Vg 6 necesse] necessarium Ly Vg 6 neque] omitted Ly
 Vg 7–8 vel ... errasse] non errare nec errasse in fide nec maiorem partem
significant? Fi Ly Vg

no chapter break Ly; Quod non tenetur quis credere maiorem partem Chri-
 stianorum non errare quia fides potest in paucis conservari Ox

tholica in paucis potest servari; imo nonnulli dicunt quod in uno solo posset consistere, quia per unum solum posset salvari quicquid Christus promisit apostolis de fide catholica usque ad finem seculi duratura. 10

Capitulum 11

Discipulus: Nunquid est adhuc alius modus quo de pertinacia valeat quis convinci?

Magister: Quartus modus, secundum nonnullos, quo statim aliquis pertinax et haereticus iudicatur est si quis Christianus capax rationis et maxime intelligens neget quamcunque assertionem catholicam quae apud omnes catholicos et fideles cum quibus conversatus est tanquam catholica divulgatur et a praedicantibus verbum Dei publice praedicatur, sicut apud omnes catholicos publice divulgatur quod Christus fuit crucifixus, unde et in omni ecclesia crucifixus ostenditur et praedicantes verbum Dei hoc publice annuntiant et affirmant; et ideo si quis inter Christianos nutritus negaret Christum fuisse crucifixum esset statim pertinax et haereticus iudicandus. Et quanto magis fuisset inter Christianos conversatus et plures intrasset ecclesias et verbum Dei a pluribus audivisset et maiorem literaturam in sacra pagina et iure canonico haberet, tanto fortius esset statim pertinax et haereticus iudicandus. 5 10 15

Discipulus: Quia quidam, ut scis, ista de causa putant dominum Iohannem esse haereticum, pro eo videlicet quod negat animas reproborum esse in inferno et animas sanctorum in coelo videre Deum et daemones nunc puniri, quas dicunt esse veritates catholicas apud omnes catholicos divulgatas, unde et dicunt quod quamvis sermones suos nequaquam bullaverit tamen est pertinax 20

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 9 servari] salvari Fi 10 per] propter Ly Vg 10 salvari] etiam added Ly; et added Vg 12 duratura] dature Ly 1 11] 10 Ly 3 valeat] valet Ly 7 catholicos] christianos Fi 8 conversatus est] conversatur Ly Vg 8 praedicantibus] parentibus Vg 9 verbum] verba Ly Vg 10 et] omitted Fi Ly Vg 11 hoc] omitted Vg, added Vgb 12 annuntiant] nuntiant Ly Vg 13 fuisse] esse Ly Vg 14 fuisset] esset Fi Ly Vg 19 ista ... putant] putant ista de causa sanctissimum patrem Ly 19 putant] sanctissimum patrem added Fi Vg 20 iohannem] papam Fi Vg; II papam added; papam added Ly 21 coelo] non added Ly; et added Vg 22 nunc] non Ly Vg 23 et] etiam Ly Vg

Quartus modus pertinaciae, si negat quis assertionem quae ab omnibus in Christiana religione reputatur catholica, probatur tripliciter Ox

25 et haereticus iudicandus, peto quod praedictum modum de pertinacia convincendi fortioribus allegationibus munire coneris ut materiam habeam cogitandi quomodo ad illas et alias pro defensione domini nostri summi pontificis valeam respondere.

30 **Magister:** Quod negans aliquam assertionem catholicam apud omnes catholicos divulgatam sit statim absque alia examinatione vel discussione inter pertinaces et haereticos computandus ostenditur primo sic.

35 Sicut nulli licet ignorare illa quae publice fiunt, secundum quod ex sacris canonibus colligitur evidenter dist. 16, *Quod dicitis* et 12, q. 2, *Qui et humanis*, sic nemini licet ignorare ea quae publice divulgantur, nuntiantur et tanquam catholica praedicantur. Qui autem negat assertionem catholicam quam sibi ignorare non licet est pertinax et haereticus iudicandus. Ergo qui negat assertionem catholicam, tam publice scilicet apud omnes catholicos
40 divulgatam, est statim pertinax et haereticus iudicandus.

Secundo sic. Negans assertionem catholicam potest per solam simplicitatem aut ignorantiam de pravitate haeretica excusari; sed negans assertionem catholicam apud omnes catholicos divulgatam non potest per simplicitatem vel ignorantiam excusari

45 Quod non per simplicitatem patet quia positum est quod talis negans est capax rationis et intelligens. Si enim careret usu rationis vel esset alienatus a sensu bene excusaretur. Sed intelligens et industrius per simplicitatem excusari non potest.

50 Nec potest per ignorantiam excusari, quia ignorantia iuris divini apud omnes promulgati non excusat, sicut nec ignorantia iuris naturalis excusat, secundum quod legitur in decretis 1, q. 4, § *Notandum*. Si ergo assertio negata sit apud omnes catholicos promulgata negans eam nequit de pertinacia et pravitate haeretica excusari.

55 **Discipulus:** Quid si in rei veritate ignoraret talem assertionem ad fidem catholicam pertinere? Nunquid apud Deum excusaretur si absque pertinacia eam negaret?

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 27–28 defensione] defensionem Ly 30 sit] ut Ly 30 alia] aliqua Fi; omitted Ly Vg 31 haereticos] sit added Ly Vg 33 nulli] nonnulli Fi 34–35 dicitis] dictis Ly 35 2] 3 Ly Vg 35 et²] omitted Fi 35 nemini] non Fi Ly Vg 40 est] omitted Ly Vg 40 iudicandus] est added Ly Vg 41–43 potest ... catholicam] omitted Ly 41 solam] illam Vg 44 vel] et Ly Vg 45 positum est] ponitur Ly Vg 46 careret] caret Fi 47 esset] omitted Vg, added Vgm 48 industrius] instructus Ly Vg 51 naturalis] non added Ly Vg 52 §] et Ly 55 ignoraret] ignoret Ly Vg

Magister: Respondetur quod apud Deum excusaretur et etiam apud ecclesiam si probare valeret se ignorasse assertionem negatam apud catholicos esse tanquam catholicam divulgatam. Sicut si quis inter aliquos Christianos in aliqua una domo semper fuisset a pueritia nutritus, licet postea ex ignorantia diceret Christum non fuisse crucifixum et non pertinaciter adhaereret, eum non deberet ecclesia pertinacem et haeticum reputare si omnes cum quibus fuerat conversatus testimonium perhiberent quod nunquam aliquis eorum de crucifixione Christi fuisset sibi locutus.

Discipulus: Circa tales casus, qui forte nunquam evenerunt, minime te dilates, sed loquamur de illis Christianis qui cum Christianis communiter conversantur, ecclesias intrant, et de his quae ad fidem pertinent Christianam saepe audiunt conferentes. Et de talibus adhuc proba, si vales, quod negantes assertionem catholicam apud omnes catholicos divulgatam statim sunt pertinaces et haeretici iudicandi.

Magister: Hoc tertio sic probatur. Qui negat assertionem catholicam quam debet et tenetur explicite credere est pertinax et haeticus reputandus. Sed quilibet Christianus tenetur explicite credere omnem assertionem catholicam apud omnes catholicos divulgatam. Ergo quicumque negat talem assertionem est tanquam pertinax et haeticus iudicandus.

Maiores ex descriptione pertinacis patet, quia “pertinax est qui persistit in hoc quod debet dimittere”. Talis autem est qui negat assertionem catholicam quam tenetur explicite credere, quia ex quo tenetur eam explicite credere tenetur negationem eiusdem dimittere; ergo si negat est pertinax.

Minor probatur, quia si aliquis tenetur aliquam assertionem catholicam explicite credere, aut ad hoc tenetur quia talis assertio est apud omnes catholicos tanquam catholica divulgata, aut quia sibi patenter ostenditur per Scripturam Divinam vel doctrinam vel determinationem universalis ecclesiae quod catholica est censenda. Si detur primum, habetur intentum, quod quilibet Christianus tenetur explicite credere omnem assertionem catholicam

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 60 catholicam divulgatam] catholica divulgata Vc 63 adhaereret] adhaereat Ly Vg 65 perhiberent] perhibent Ly Vg 66 aliquis eorum] aliquid Fi 67 nunquam] omitted Vc 67 evenerunt] eveniunt Vg 70 pertinent] pertineant Vg 71 vales] valeas Ly 72 sunt] sint Vg 74 sic] omitted Vg 74 negat] negant Vc 75 tenetur] simpliciter et added Ly 83 eiusdem] eius Ly Vg 85 minor] maior Vg 85–86 aliquam ... tenetur] omitted Vg, added Vgm 83–86 tenetur... credere] omitted Fi 88 sibi] sic Ly, si Vg

quam scit apud omnes catholicos esse pro catholica divulgatam. Quod si dicat se hoc ignorare oportet eum, si debet apud ecclesiam excusari, hoc probare. Secundum dari non potest, quia
 95 tunc nullus teneretur credere explicite Christum natum de virgine vel fuisse crucifixum nec aliquem alium articulum fidei, antequam sibi per Scripturam Divinam probaretur. Et ita quilibet laicus posset impune negare omnem articulum fidei quousque sibi per librum ostenderetur talem articulum in Biblia contineri. Con-
 100 firmatur haec ratio, quia qui negat fidem Christianam esse veram vel sectam Sarracenorum esse falsam et malam est statim pertinax et haereticus iudicandus. Sed hoc non est nisi quia apud omnes catholicos divulgatur tanquam catholicum quod fides Christiana est vera fides et quod fides Sarracenorum est falsa fides. Ergo
 105 per eandem rationem qui negat quamcunque assertionem catholicam apud omnes catholicos divulgatam est statim pertinax et haereticus reputandus, nec potest apud ecclesiam aliqualiter excusari nisi probet se ignorasse assertionem negatam esse taliter divulgatam.

Capitulum 12

Discipulus: Allega in contrarium.

Magister: Negans veritatem catholicam de quo nescitur an per regulam fidei, scilicet per Scripturam Sacram, paratus sit corrigi
 5 non est pertinax iudicandus. Hoc auctoritate Augustini superius allegata, quae ponitur 24, q. 3, *Dixit apostolus*, patenter apparet. Hinc dicit glossa 17, dist. c. *Nec licuit*, “Eo ipso quod quis errat non dicitur haereticus si paratus est corrigi.” Sed possibile est aliquem negare assertionem catholicam apud catholicos divulgatam

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 92 omnes] *omitted* Ly Vg 92 esse] *omitted* Fi Ly Vg 93 hoc] *omitted* Ly Vg 95 credere] *omitted* Ly Vg 96 vel] et Fi 96 fuisse] *omitted* Ly Vg 96 crucifixum] credere *added* Ly Vg 98 posset] *omitted* Vg, *added* Vgm 99 articulum] fidei *added* Ly Vg 101 sarracenorum] non *added* Ly Vg 105 negat] negant Fi 107 reputandus] iudicandus Ly Vg 107 aliqualiter] aliquatenus Fi; aliter Ly Vg 1 12] 11 Ly 3 quo] qua Fi Ly Vg 4 sacram] *omitted* Fi Ly Vg 5 hoc] patet *added* Fi Ly Vg 6 patenter apparet] *omitted* Fi Ly Vg 7 hinc] hic Vg, hoc Ly 7 17] 16 Fi Vc Vg 7 dist] 1 *added* Ly 7 nec] non Vc; *omitted* Vg 7 licuit] nec licuit *added* Vg 7 quod] quo Fi Ly Vg 7 quis] aliquis Vc

Quod non licet Christiano negare veritatem fidei quae communiter divulgata est in Christiana religione etiam si dicit se paratum credere quando eidem ostendetur in Sacra Scriptura contineri Ox

quamvis nesciatur an paratus sit corrigi per regulam fidei, scilicet per Scripturam Sacram. Potest enim quis talem assertionem negare et tamen offerre se paratum corrigi si sibi ostendatur quod dicta assertio in sacra pagina vel in determinatione ecclesiae continetur. Ergo talis non est statim pertinax et haereticus iudicandus sed examinandus est an paratus sit corrigi.

Discipulus: Ista allegatio videtur fortis et dominum Iohannem sufficienter excusat etiam esto quod erret.

Magister: Alii reputant dictam allegationem nullam, quia ex ipsa sequeretur, sicut tactum est prius, quod cuilibet Christiano negare liceret Christum esse verum hominem vel fuisse crucifixum. Posset enim dicere absque pertinacia per allegationem istam, “Nego Christum fuisse crucifixum, tamen paratus sum corrigi si mihi per Scripturam Sacram vel determinationem ecclesiae ostendatur Christum fuisse crucifixum.”

Discipulus: Quare non potest talis excusari ex quo paratus est corrigi?

Magister: Ideo, secundum multos, talis excusari non debet quia, esto quod esset possibile quod aliquis talis paratus esset corrigi, tamen contra talem, quantumcunque dicat se paratum corrigi, est de pertinacia et quod non est paratus corrigi tam violenta praesumptio, ex quo non ignorat assertionem negatam esse tam publice praedicatam et assertam per ecclesiam, quod non est sibi credendum cum dicit se paratum corrigi. Dictis enim multorum est fides nullatenus adhibenda. Hinc de tali negante assertionem catholicam publice praedicatam dicit Stephanus papa, ut habetur Extra, *De haereticis* c. 1, “Nec eis omnino credendum est qui fidem veritatis ignorant”. Talibus enim nec cum contra alios testificari nituntur nec cum testimonium perhibent de seipsis est omnino credendum. Quare quamvis dicant se paratos corrigi sunt pertinaces et haeretici reputandi.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 12 offerre] offerere Vc 16–17 dominum ...
 sufficienter] sufficienter dominum papam Ly Vg 16 iohannem] papam Fi
 17 erret] erraret Fi 21 allegationem] assertionem Ly 22 fuisse] esse Vg
 29 corrigi¹] tam violenta ex quo non ignorat assertionem *added* Fi; violenta
 praesumptio ex quo non ignorat assertionem *added* Vg 30 et ... corrigi]
omitted Ly 31 non] *omitted* Vc 33 multorum] talium Ly 36 1] *omitted*
 Vg 37 enim nec] *omitted* Ly Vg 37 nec] *omitted* Fi 37 cum] tamen
 Vg 37 alios] christianos Ly Vg

Capitulum 13

Discipulus: Si est alius modus errantem contra fidem de pertinacia convincendi sum paratus audire.

Magister: Dicunt nonnulli quod ille statim est pertinax et haereticus iudicandus de quo est violenta praesumptio quod negat aliquam assertionem quam scit in Scriptura Divina vel determinatione ecclesiae contineri, puta si probari potest quod prius assertionem quam negat legerit cum intellectu in Scriptura Divina vel determinatione ecclesiae, aut probari potest quod prius eandem quam negat assertionem ex intentione docuerat vel etiam asseruerat publice vel occulte. De tali enim, si non est probabile quod oblitus fuerit illius quod prius didicerat, est praesumptio violenta quod scienter negat catholicam veritatem. Et per consequens pertinax et haereticus est censendus.

Discipulus: De isto modo ponas exemplum.

Magister: Sunt nonnulli qui de multis modernis ponunt exemplum, de omnibus videlicet illis qui primo docuerunt Christum et apostolos nullius rei proprietatem habuisse, dicentes quod haec veritas ex Scriptura Divina et determinatione ecclesiae manifeste accipitur, et postea veritatem negaverunt eandem. Cum non sit probabile quod Scripturae Divinae et eiusdem determinationis ecclesiae sint obliti propter quod dicunt illos pertinaces et haereticos esse censendos.

Discipulus: Istud exemplum tangit doctrinam domini Iohannis papae 22 de qua alias tecum exquisite tractabo. Ideo, isto exemplo dimisso, proba si potes quod negantes catholicam veritatem quam prius reputaverunt catholicam statim absque maiori examinatione pertinaces et haeretici sunt censendi.

Magister: Hoc probatur primo sic: qui scienter negat catholicam veritatem est pertinax et haereticus reputandus; sed talis scienter negat catholicam veritatem, non enim potest se per ignorantiam excusare cum prius didicerit eandem veritatem ad fidem catholicam pertinere et non est oblitus eorum quae didicit; ergo ex

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 1 13] 12 Ly 9 aut] omitted Ly Vg 9–10 eandem] eadem Fi 10 docuerat] decreverat Vc 12 prius] omitted Fi Ly Vg 15 ponas] ponamus Ly 17 primo] prius Ly 24 doctrinam] sanctissimi patris added Fi Ly Vg 25 papae] omitted Fi Ly Vg 25 qua] quo Ly Vg 27 statim] omitted Vg, added Vgm 30 et] omitted Ly Vg 32 eandem] eadem Fi 33 et] si Ly; omitted Vg

Quintus modus pertinaciae, si quis negat veritatem quam scit in Scriptura contineri aut ipse docuit vel asseruit publice vel occulte Ox

quo negat veritatem quam prius didicerat et tenuerat est pertinax et haereticus reputandus. 35

Secundo sic: omnis apostata a catholica veritate est pertinax et haereticus reputandus quia talis est apostata a fide; apostata autem a fide inter haereticos computatur; sed negans catholicam veritatem quam prius catholicam reputavit est apostata a catholica veritate, quia talis abicit catholicam veritatem; ergo est inter pertinaces et haereticos computandus. 40

Tertio sic: christianus infidelis inter pertinaces et haereticos computatur; sed christianus qui negat catholicam veritatem quam prius reputavit catholicam est infidelis; ergo est pertinax et haereticus iudicandus. Maior videtur certa. Minor probatur, quia qui negat catholicam veritatem quam prius agnovit esse catholicam est peior infideli qui nunquam novit catholicam veritatem, teste Innocentio 3, qui, ut habetur Extra, *De apostatis*, c. *Quidam*, ait, “Cum minus malum existat viam Domini non agnoscere quam post agnitam retroire.” Hinc beatus Petrus canonica sua 2, c. 2, ait, “Melius enim erat eis non cognoscere viam iustitiae quam post agnitionem retrorsum converti.” Veritas autem catholica est via iustitiae. Ergo maius malum est post agnitam catholicam veritatem retroire quam nunquam veritatem catholicam agnovisse. Sed hoc non est maius malum nisi ratione deterioris infidelitatis. Ergo qui negat veritatem catholicam quam prius novit esse catholicam est infidelis et per consequens pertinax et haereticus est censendus. 55

Discipulus: Videtur quod istae rationes non concludunt, tum quia potest quis negare veritatem catholicam quam prius putavit catholicam quamvis non agnoverit eam esse catholicam—rationes autem praedictae videntur procedere de eo qui negat veritatem catholicam quam non solum putavit sed etiam agnovit esse catholicam—tum quia talis potest esse paratus corrigi, immo potest se offerre paratum corrigi. Ergo licet erret non est inter haereticos computandus. 65

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 36 a] in Ly 40–44 ergo... infidelis] *omitted* Fi Ly Vg 48 c] ita *added* Vg 50 agnitam] agnitionem Ly 51 ait] *omitted* Ly Vg 51 enim] est vel *added* Ly Vg 51 cognoscere] agnoscere Fi 52 retrorsum] recursum Vg 52 converti] reverti Fi Ly Vg 53 via] illa *added* Fi Ly Vg 54 veritatem catholicam] ipsam Fi Ly Vg 55 est] esset Fi Ly Vg 59 concludunt] concludant Ly Vg 60 quis] *omitted* Vg 61 agnoverit] noverit Ly 63 quam] quamvis Ly Vg 63 agnovit] eam *added* Ly Vg 64 tum] secundo Ly

Magister: Istaе duae instantiae per idem videntur excludi, per hoc scilicet quod non est tali in hoc casu credendum, sive dicat quod licet prius putaverit non tamen agnovit veritatem quam modo negat esse catholicam, sive dicat se paratum corrigi. Quod enim in primo dicto non sit sibi credendum ostenditur quia qui invenitur sibi ipsi contrarius non est credendum, saltem secundo dicto ipsius, teste Innocentio 3, qui, ut habetur Extra, *De probationibus*, c. *Per tuas*, ait, “Cum nimis indignum sit iuxta legitimas sanctiones ut, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare.” Et glossa Extra, *De praesumptionibus*, super c. *Literas* notat, dicens, “Hoc est notabile quod semper standum est primo dicto alicuius si postea contrarium dicat etiam in alio iudicio, supra *De testibus*, *Cum in tua*, et etiam extra iudicium, supra *De probationibus*, *Per tuas*.” Ex his aliisque quampluribus patet quod qui invenitur sibi ipsi contrarius non est credendum secundo dicto ipsius. Sed qui negat catholicam veritatem quam prius putavit catholicam invenitur sibi ipsi contrarius quia dum putavit dictam veritatem esse catholicam dixit vel facto aut verbo innuit se agnoscere illam veritatem esse catholicam. Ergo si postea dicit se non agnovisse dictam veritatem esse catholicam non est sibi credendum. Et per consequens per hoc excusari non potest quin sit modo pertinax et haereticus reputandus.

Quod autem non sit sibi credendum si dicat se paratum corrigi ostenditur sic. Nulli erranti est credendum quod paratus sit corrigi nisi quando praesumitur ignoranter a veritate catholica deviare. Sed iste non praesumitur ignoranter a veritate quae est catholica deviare, sed praesumendum est de ipso quod a funda-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 69 licet] hoc Ly Vg 71 non ... credendum] sibi non credatur Ly, sibi non creditur Vg 71 quia] illi added Ly 72 ipsi] esse added Fi Ly Vg 72 non] ideo Vg 74 nimis] minus Vg 75 sanctiones] scientias Vg 75 sua] suo Ly 75 voce] voto Ly 75 dilucide] dilucidum Ly 75 in] omitted Fi Ly Vg 76 casum] capitulum Vg 76 et] in Vg; omitted Ly 77 super] omitted Fi Ly Vg 78 semper] omitted Vg 78 primo] pro Ly; omitted Vg 78 dicto] predicto modo Vg 79 etiam] et Vc; omitted Vg 80 supra] scilicet Fi 81 quampluribus] quamplurimis Ly 83 quam ... catholicam²] omitted Fi Ly Vg 84 putavit] putaverit Ly Vg 85 dixit] dixi Vg 86 dicit] dicat Fi Ly Vg 88 per] omitted Vg 88 modo] omitted Vc 90 quod ... credendum] secunda vero instantia quod etiam non valeat Ly 90 quod] erit Vg 90 autem] etiam Vg 90 sit] omitted Vg 91 nulli] non Vg 92 praesumitur] sumitur Vg, putatur Ly 92 catholica] que est catholica added Vg 93 veritate] aliqua added Ly Vg, catholica added Fi 94 de ipso] omitted Ly

mento propter quod assertioni priori adhaesit omnino recessit. 95
 Fundamentum autem propter quod tali assertioni adhaesit est Sa-
 cra Scriptura vel doctrina ecclesiae. Ergo praesumendum est quod
 nunc reputat Scripturam Sacram vel doctrinam ecclesiae esse fal-
 sam, sicut illi qui primo propter doctrinam traditam in decretali 100
 Nicolai 3 quae incipit Exiit qui seminat putaverunt et tenuerunt
 ac docuerunt quod Christus et apostoli omnem proprietatem tem-
 poralium abdicarunt et modo tenent assertionem contrariam, re-
 putantes doctrinam traditam in decretali praedicta Exiit esse fal-
 sam. Et si dicerent se putare eandem doctrinam esse veram non
 esset eis credendum quia sibi ipsis contrarii probarentur. Praesu- 105
 mendum est igitur quod negans catholicam veritatem quam pri-
 mo asseruit esse catholicam nunc reputat Divinam Scripturam
 vel doctrinam ecclesiae esse falsam. Tali autem non est creden-
 dum quantumcunque dicat se paratum corrigi. Ergo et neganti
 veritatem catholicam quam primo habuit pro catholica non est 110
 credendum quamvis dicat se paratum corrigi, et per consequens
 inter pertinaces et haereticos est censendus. Et ita stant insolutae
 rationes priores.

Discipulus: Ista tantummodo probant quod talis praesumitur 115
 pertinax et haereticus. Propter praesumptionem autem non est
 aliquis damnandus nec graviter puniendus.

Magister: Saepe propter solam praesumptionem violentam
 sententia etiam diffinitiva profertur. Unde et Salomon, ut legitur
 3 Regum 3, contententibus duabus mulieribus pro puero coram 120
 eo ex sola praesumptione diffinitivam dedit sententiam. Sic di-
 cunt quidam in proposito quod ex praesumptione violenta negans
 veritatem catholicam quam prius asseruerat esse catholicam est
 damnandus et tanquam haereticus puniendus.

Capitulum 14

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 95 adhaesit] adhaeserit Ly Vg
 96 propter] *omitted* Vg 97 est] *omitted* Ly Vg 99 primo propter] po-
 stponunt Ly 99 primo] prius Vg 100 et] *omitted* Fi Ly Vg 102 abdicarunt] ■
 dicarunt Vg 102–103 reputantes] reputant Fi Ly Vg 104 dicerent] dice-
 ret Vc 105 ipsis] ipsi Vc 107 nunc] non Ly Vg 107 divinam] sacram
 Ly Vg 108 falsam] veram Ly 117 solam] *omitted* Fi 118 profertur]
 perfertur Ly 118 ut] *omitted* Ly 120 dedit] dedisse Ly 120 sic] sed
 Vg 1 14] 13 Ly

Sextus modus, cum quis scienter negat doctrinam sanctorum, sed in hoc oportet
 attendere ad dicta secundi libri capitulo quarto Ox

Discipulus: Ad alios modos convincendi errantes de pertinacia et haeretica pravitate procede.

5 **Magister:** Alius modus de pertinacia convincendi dicitur esse cum quis scienter negat doctrinam sanctorum. Quidam enim affirmant quod talis est statim pertinax et haereticus reputandus, aliis dicentibus quod talis quamvis corrigi nolit non est pertinax nec haereticus iudicandus.

10 **Discipulus:** Haec difficultas dependet ex illa quam supra tractavimus, an scilicet tenere assertiones sanctorum sit necessarium ad salutem. Ideo circa eam hic nolo insistere, sed ad alium modum de pertinacia quempiam convincendi festina.

Capitulum 15

5 **Magister:** Ille de pertinacia convincitur manifeste qui correctus legitime se non corrigit nec emendat, suam videlicet haeresim revocando. Hoc ex verbis Augustini superius allegatis quae ponuntur 24, q. 3, c. *Qui in ecclesia* colligitur evidenter. Quod etiam talis sit pertinax iudicandus probatur aperte quia qui non est paratus corrigi debet pertinax reputari; qui autem correctus legitime haeresim suam non revocat non est paratus corrigi; ergo talis est pertinax reputandus.

10 **Discipulus:** Quia istum modum de pertinacia convincendi saepe audivi et alii sunt mihi omnino novi, cupio istum modum exquisitius pertractari. Duo autem peto ut circa hunc modum discutias, ad quem videlicet spectat errantem corripere, et qualis debet esse ista correctio quae est sufficiens et legitima reputanda.

15 **Magister:** Videndum primo est de correctione, secundo de corripiente.

Discipulus: Tene ordinem in procedendo quem vis.

Magister: Quantum ad correctionem dicitur quod illa sola correctio est sufficiens censenda et legitima qua aperte erranti osten-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 6 reputandus] iudicandus Fi Ly Vg
8 iudicandus] reputandus Fi Ly Vg 9 illa] alia Ly 11 nolo] noli Ly Vg
2 manifeste] *omitted* Fi Ly Vg 3 videlicet] scilicet Fi Ly Vg; videlicet Fib
4 hoc] scilicet *added* Ly 5 24] 28 Ly 6 quia] *omitted* Vg, *added* Vgb
7 reputari] iudicari Ly Vg 11 mihi] modi Vc 12 ut] *omitted* Ly Vg
13 spectat] expectat Vc 15 est] *omitted* Ly Vc Vg 18 correctionem]
correctorem Ly 19 legitima] reputanda *added* Ly Vg

no chapter break Fi Ly Vg; Septimus, cum quis correctus legitime non revocat suam haeresim, et dicitur legitima correctio quando iudicio intelligentium asseritur factam eidem fuisse sufficientem instructionem Ox

ditur quod assertio sua catholicae obviat veritati ita quod iudicio
intelligentium nulla possit tergiversatione negare quin sibi suf- 20
ficienter et aperte ostensum quod error suus catholicae verita-
ti repugnat. Verbi gratia si quis ex ignorantia evangelii textum
ignorans diceret, sicut et quidam in Avinione publice praedicavit,
ut fertur, quod milites fregerunt crura Christi, et sibi per textum 25
evangelii Iohannis 19, (ubi sic legitur, “Venerunt ergo milites et
primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus erat cum
eo. Ad Iesum autem cum venissent ut viderunt eum iam mortuum
non fregerunt eius crura”) ostenderetur contrarium, ista correctio
deberet sufficiens reputari quia iudicio cuiuslibet intelligentis talis 30
nulla posset tergiversatione negare quin esset sibi aperte proba-
tum quod assertio sua evangelicae obviat veritati.

Si quis etiam ex ignorantia dogmatizaret duas personas sicut
duas substantias fuisse in Christo et sibi per textum synodi Ephe- 35
sinae ostenderetur quod est haec Nestorii haeresis per eandem
synodum condemnata, nulla posset tergiversatione negare quin
esset sibi aperte probatum quod assertio sua est haeresis con-
demnata et per consequens quod veritati catholicae adversatur.
Et ideo talis correctio est sufficiens et legitima reputanda.

Secundo videndum est de corripiente, de quo sic distinguitur. 40
Quidam corripiunt increpando et poena debita puniendo, quidam
charitative monendo et errorem tantummodo reprobando. Primo
modo pertinet ad praelatos et iurisdictionem habentes errantes
corripere. Secundo modo hoc spectat ad quemlibet christianum.

Capitulum 16

Discipulus: Ex quo intelligo quae est correctio sufficiens et
legitima reputanda secundum multos, et distinctionem de corri-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 21 possit] posset Ly 21 quin] sit
added Fi Vg 21 sibi] sit *added* Ly 24 et] *omitted* Ly Vg 26 19] *omitted*
Fi, *added* Fim 27 et] *omitted* Vg 27 erat] est Fi Ly Vg 28 viderunt]
viderent Vg 28 eum] eam Fi 30 iudicio] modus Vg 31 nulla] nullus
Vg 31 posset] evadendo *added* Ly Vg 33 etiam] enim Fi Vg 34 et]
omitted Fi Ly Vg 35 est haec] hoc est Ly Vg 35 eandem] eadem Fi
36 condemnata] condemnatam Vg 36 quin] quod non Ly Vg 37 est]
esset Ly Vg 39 est] esset Ly Vg 40 est] *omitted* Ly Vg 40 sic] *omitted*
Ly 40 distinguitur] distinguatur Vc 42–43 primo modo] primus modus
Ly Vg 43–44 errantes corripere] *omitted* Fi Ly Vg 44 secundo modo]
secundus modus Ly 44 hoc] *omitted* Ly 1 16] 15 Vg, 4 Ly

Utrum ad solam ammonitionem praelati tenetur quis errorem suum revocare,
et probatur quod requiritur ostendi aperte errorem per doctores Ox

5 piente errantem considero. Cupio scire an omnes sentiant literati
quod errans, correctus a praelato suo vel habente iurisdictionem
super ipsum, teneatur suum errorem revocare, licet non fuerit sibi
patenter ostensum per eundem quod error suus catholicae obviat
veritati, utrum scilicet ad solam admonitionem vel increpationem
praelati sui errorem suum debeat revocare.

10 **Magister:** De hoc diversi diversimode opinantur. Dicunt enim
nonnulli quod nullus correctus a praelato vel iurisdictionem ha-
bente tenetur errorem revocare antequam fuerit sibi patenter osten-
sum modo praedicto quod error suus est contrarius veritati.

15 Hoc probant primo sic. Illi qui in expositione Scripturae Divi-
nae et per consequens in traditione eorum quae ad fidem pertinent
orthodoxam praeferuntur praelatis et iurisdictionem habentibus
non tenentur nec debent, si erraverint ignoranter, opiniones suas
tanquam haereticas, licet sint in rei veritate erroneae, revocare,
quamvis correcti fuerint a praelatis vel aliis, nisi eis fuerit pa-
20 tenter ostensum quod opiniones suae veritati obviant orthodoxae,
quia qui maioris auctoritatis est in aliquo nequaquam in hoc mi-
nori subicitur.

Ergo qui praeferuntur praelatis in expositione Scripturae Divi-
nae non subiciuntur eis in hoc; sed doctores et tractatores Scrip-
25 turae Divinae praeferuntur praelatis et iurisdictionem habentibus
in expositione Scripturae Divinae, et per consequens in traditione
illorum quae ad fidem pertinent orthodoxam; ergo doctores non
tenentur opiniones suas, licet sint erroneae, revocare si correcti
fuerint a praelatis, nisi probatum eis fuerit evidenter quod eorum
30 opiniones obviant veritati.

Maiores est certa. Minor probatur primo auctoritate Gratiani in
decretis (dist. 20 § 1) qui ait, “Aliud est causis terminum im-
ponere, aliud Scripturas Sacras diligenter exponere.” Et infra,
“Apparet quod Divinarum Scripturarum tractatores, et si scientia
35 pontificibus praemineant, tamen, quia dignitatis eorum api-
cem non sunt adepti, in Sacrarum Scripturarum expositionibus

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 4 sentiant] sciunt Ly Vg 8 admonitionem] monitionem Ly Vg 10 diversi] omitted Ly Vg 10 opinantur] doctores added Ly Vg 11 vel] omitted Ly 16 praeferuntur] a added Fi 19 vel aliis] omitted Vc 21 aliquo nequaquam] omitted Fi 27 quae] omitted Ly 31 certa] et added Ly Vg 32 qui] quae Ly 32 aliud] aut Vc 33 aliud] aut Vc 33 sacras] sanctas Ly Vc 33 infra] ita Ly Vc Vg 34 apparet] patet Ly Vg 34 et] omitted Ly Vg 35–36 tamen ... sacrarum] omitted Vg, added Vgm 35 tamen quia] licet Ly 36 scripturarum] literarum Ly

eis praeponuntur, in causis vero diffiniendis secundum post eos locum merentur.” Ex quibus patenter habetur quod doctores in expositione Scripturarum pontificibus praeferuntur.

Quod etiam ratione eiusdem Gratiani ostenditur quam ponit sub his verbis “Quo quisque maiori ratione nititur eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia Spiritus Sancti, ita ampliori scientia aliis prae-cellentes rationi magis adhaesisse probantur. Unde nonnullorum pontificum constitutis Augustini, Hieronymi atque aliorum tractatorum dicta videntur esse praeferenda.” His verbis ostenditur quod in his quae ad fidem pertinent doctores sunt pontificibus praeferendi, et ita, nisi correcti fuerint ab eis legitime modo prae-exposito, non tenentur opiniones suas si fuerint erroneae revocare.

Discipulus: Ista ratio dupliciter videtur deficere.

Primo quod Gratianus loquitur de doctoribus ab ecclesia approbatis, sicut de Augustino, Hieronymo et aliis similibus, non de modernis doctoribus. Et ideo licet illi sancti sint in expositionibus Scripturarum pontificibus praeponendi, doctores tamen moderni episcopis et inquisitoribus haereticae pravitatis praeferri non debent.

Secundo videtur deficere quia non sequitur: doctores non debent suas opiniones ad correptionem iurisdictionem habentis revocare nisi modo praedicto fuerint correcti legitime, ergo alii simplices correcti a praelatis non debent revocare suos errores nisi fuerint saepe dicto modo correcti legitime.

Magister: Ad istas instantias, ut apparet praedictis, est facile respondere.

Unde ad primam dicunt quod Gratianus non loquitur solummodo de doctoribus ab ecclesia approbatis sed etiam loquitur de aliis, sicut et loquitur de aliis pontificibus quam de illis qui fuerunt temporibus doctorum qui nunc sunt ab ecclesia approbati. Com-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 38 locum] situm Fi 39 expositione] expositionibus Ly Vg 39 scripturarum] scripturae Ly 41 quo quisque] quia quicumque Ly, quia quiscunque Vg 41 maiori] maiore Fi 41 nititur] utitur Fi Ly Vc Vg 42 tractatorum] tractatores Fi Ly Vg 42–43 sicut] quia sunt Ly, sunt Vg 43 ita] omitted Vg; et Ly Vgm 48 nisi] non Fi, nisi Fib 51 ecclesia] omitted Fi 52 sicut] sic Ly 52–53 similibus ... modernis] non modernis similibus Ly Vg 53 in] omitted Vg 55 moderni] temporis added Fi Ly Vg 58 habentis] habentibus Ly Vg 59 fuerunt] fuerint Vg 59 legitime] magister ad illas instantias ut apparet ex praedictis me added Vg 62 apparet] ex added Ly Vg 62 praedictis] dictis Fi 64 unde] omitted Ly Vg 66 et] etiam Ly Vg

parat enim in genere statum doctorum ad statum pontificum. Et
 70 ideo, sicut antiquitus doctores in traditione eorum quae spectant
 ad fidem fuerunt pontificibus praeferendi, ita et nunc sunt doctores
 modernis pontificibus praeferendi, dummodo sint doctores per
 scientiam excellentem et vitam laudabilem non propter munera et
 preces vel favores humanos ad magisterium sublimati. Unde, ut
 75 suam intentionem aperte declarent, dicunt quod Gratianus non lo-
 quitur de doctoribus prout his diebus nomen “doctoris” accipitur,
 sed loquitur de intelligentibus Scripturae Divinae tractatoribus,
 sive magistri sive discipuli appellentur. Multi enim qui vocan-
 tur discipuli in expositione Scripturae Divinae sunt praeferendi
 magistris, et ideo etiam pontificibus in huiusmodi praeferendi.
 80 Unde et ratio Gratiani ita concludit de eruditis modernis sicut de
 antiquis tractatoribus Scripturarum, quia eruditi his temporibus
 scientia ampliori praecellunt. Ergo in huiusmodi sunt episcopis
 et inquisitoribus, illiteratis et simplicibus praeferendi.

Ad secundam tuam instantiam dicunt quod qua ratione peri-
 85 ti correcti a praelatis vel iurisdictionem habentibus non tenentur
 suas opiniones erroneas revocare nisi legitime fuerint ab eis modo
 memorato correcti, eadem ratione nec simplices peritorum sequa-
 ces tenentur opiniones quas a peritoribus acceperunt aliquantulum
 revocare nisi fuerint correcti legitime. Ex quo sequitur quod etiam
 90 alii simplices non tenentur, nisi legitime correcti, suas opiniones
 erroneas revocare quia omnes simplices consimili iure censi
 videntur.

Capitulum 17

Discipulus: Si habes plures rationes pro conclusione praefata
 illas adducas?

Magister: Eadem conclusio secundo sic probatur.

5 Qui in his quae fidei sunt non tenetur alteri fidem indubiam
 adhibere, non tenetur ad solam assertionem eius vel monitionem

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 71 per] propter Fi 72 laudabilem]
 et added Ly Vg 72 et²] aut Fi 73 preces] violentas added Ly Vgm
 73 ut] omitted Vg 79 ideo] sunt added Fi Ly Vg 82 huiusmodi] huius
 Fi 84 qua] qui Vg 86 erroneas] omitted Ly Vg 86 eis] omitted Fi
 88 a] de Ly 91 consimili] consilii Ly 1 17] 16 Vg, 15 Ly 2 habes]
 omitted Fi 2 praefata] habes added Fi 4 secundo] omitted Fi Ly Vg,
 added Fib 5 tenetur] tenentur Vc 6 adhibere] exhibere Fi Ly Vg

Continuatur probatio dicti superioris per quatuor rationes Ox

aut increpationem opinionem erroneam revocare, quia qui opinionem erroneam revocat debet assertionem contrariam firma fide tenere, et eiusdem rationis videtur esse veritati catholicae firmiter adhaerere et falsitati contrariae dissentire.

10

Sed subditi in his quae fidei sunt non tenentur praelatis suis fidem indubiam adhibere, tum quia tunc fides subditorum in sapientia hominum consisteret, tum quia prelati tam ex simplicitate vel ignorantia quam ex pertinacia possunt contra fidem errare. Ergo ad solam assertionem eorum vel monitionem seu increpationem non tenentur suas subditi opiniones erroneas revocare. Sed si revocare tenentur oportet quod praelati per regulam fidei eis patenter ostendant quod opiniones suae fidei obviant orthodoxae.

15

Tertio sic. Ad correctionem illius qui debet esse paratus ad satisfactionem poscenti rationem de fide non tenetur quis opinionem suam erroneam revocare, nisi idem rationem reddiderit quod talis opinio est tanquam erronea revocanda, quia si aliquis absque reddita ratione teneretur opinionem suam tanquam erroneam revocare, alius non teneretur de opinione revocanda rationem reddere. Sed praelati corripientes subditos de erroribus contra fidem debent esse parati ad satisfactionem poscenti rationem de fide, et per consequens debent esse parati ad satisfactionem rationem poscenti de his revocandis quae dicunt fidei adversari, teste beato Petro qui in canonica sua prima c. 3, scribens praelatis singulariter ait, "Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quae in vobis est fide." Ergo subditi non tenentur opiniones suas erroneas contra veritatem catholicam revocare propter correctionem praelatorum quamcunque nisi fuerit legitima correctio modo supradicto.

20

25

30

35

Quarto sic: subditi non tenentur in illo casu ad correctionem praelatorum opiniones quas ignorant esse erroneas revocare, in quo casu licitum est eis a praelatorum sententia appellare, quia qui valet licite ab aliqua sententia appellare non tenetur eidem sententiae obedire. Sed a praelato corripiente aliquem de errore et non monstrante per regulam fidei quod dictus error veritati repugnat licet appellare. Ergo propter talem correctionem non

40

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 9 eiusdem ... esse] eadem ratione Ly 11 tenentur] a added Fi 12 adhibere] adhaerere Fi, adhibere Fim 13 tam] cum Vg 19 qui] quod Ly 27 parati] parat Ly 28 dicunt] dicuntur Ly 29 qui] omitted Fi 29 in] omitted Ly 30 sanctificate] sentite Ly Vg 31 vos] omitted Fi, added Fim 39 qui valet] cui licet Ly

tenetur quis opinionem quam nescit esse erroneam revocare.

45 Maior est manifesta; minor per sacros canones aperte probatur. Ait enim Victor, ut habetur 2, q. 6, c. *Si quis*, “Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel primatem dioceseos aut penes universalis ecclesiae iudicetur sedem.” Ex quibus verbis colligitur quod si quis putaverit se a praelato de errore inique correctum sibi licet appellare. Quod etiam multis
50 aliis sacris canonibus posset copiose probari, sed causa brevitatis pertranseo.

Discipulus: Per istam rationem probatur quod correctus legitime de errore non tenetur suum errorem revocare quia licet sibi appellare.

55 **Magister:** Ad hoc respondetur quod correctus legitime a praelato de errore, si appellat frustratorie aut frivole, puniri debet per ecclesiam; qui etiam apud Deum peccat, qui videt quam maliciose, ex quo legitime est correctus, appellat.

Capitulum 18

Discipulus: Una obiectio quae totum processum praedictum videtur infligere mihi occurrit. Nam cum dicunt isti quod correctus legitime a praelato tenetur errorem revocare, et aliter non,
5 quaeritur ab eis aut errans tenet haeresim damnatam explicite aut tenet errorem damnatum duntaxat implicite.

Si tenet haeresim damnatam explicite eam statim revocare tenetur, alioquin poterit eum suos praelatus debitae subdere ultioni. Si autem tenet haeresim damnatam duntaxat implicite, non
10 tenetur eam pro quacunque correctione praelati inferioris summo pontifice revocare.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 44 maior ... manifesta] *omitted* Fi 44 est ... minor] *omitted* Ly Vg 45 6] 4 Vg 45 si quis²] *omitted* Ly Vg 46 proprio] populo Vg 46 patriarcham vel] *omitted* Ly 47 penes] talis *added* Vg 47 universalis] talis Fi; *omitted* Vg 47 ecclesiae] apostolicae *added* Ly 47 iudicetur sedem] iudicem sedem Fi, sedem iudicetur Ly Vg 49 inique] *omitted* Vg, *added* Vgm 57 ecclesiam] capitulum decimum septimum *added* Vg 57 qui¹] quin Ly Vg 57 videt] videlicet Ly 57 quam] quomodo Fi Vg, quoquomodo Ly 2 una] nam Vg 3 infligere] infringere Fi Ly Vc, infingere Vg 5 quaeritur] qui Vg 5 eis] quia *added* Ly 8 suos] summus Fi

no chapter break Ly Vg; Respondetur ad quaestionem distinguendo de haeresi explicite condemnata vel implicite quia in prima sufficit ostendi errorem a praelato inferiori Ox

Magister: Ad hoc respondent quod non tenetur quis statim revocare haeresim damnatam explicite quando ignorat eam esse damnatam explicite. Sed si sibi ostenditur quod est damnata explicite statim eam revocare tenetur. Cum vero dicitur quod praelatus potest talem errantem debitae subdere ultioni, verum est ordinem debitum servando, puta ut primo per regulam fidei ostendat erranti quod error suus catholicae obviat veritati, et si tunc errorem nequaquam revocaverit, ipsum poena digna percellat. 15

Capitulum 19

Discipulus: Miror quod isti dicunt tenentem haeresim damnatam explicite non debere statim, quamvis correctus fuerit a praelato, eandem haeresim revocare. Hoc enim Scripturae Divinae, sacris canonibus, consuetudini ecclesiae et rationi repugnare videtur. 5

Quod enim hoc Scripturae Divinae repugnet probatur. Nam omnis haereticus tenetur suam haeresim revocare; qui autem tenet haeresim damnatam explicite est haereticus; ergo talis statim tenetur de necessitate salutis haeresim revocare. 10

Maior est manifesta, quia qui non tenetur suam haeresim revocare non tenetur eam dimittere, et per consequens non peccat, saltem mortaliter, tali haeresi adhaerendo, ex quo sequitur quod non est haereticus.

Minor probatur, quia magis est haereticus reputandus qui tenet haeresim damnatam explicite quam qui non tenet doctrinam catholicam. Sed qui non tenet doctrinam catholicam est haereticus quia vitandus, teste beato Iohanne, qui in canonica sua secunda ait, “Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi ave communicat operibus illius malignis.” Ex quibus verbis patet quod qui non tenet doctrinam catholicam est a fidelibus vitandus. Ergo qui tenet haeresim damnatam explicite est vitandus. Sed nul- 15 20

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 12 magister] *omitted* Fi 13 ignorat] ignorant Vg 14 si] *omitted* Vg, *added* Vgm 17 servando] conservando Ly Vg 17 puta] putat Vg 17 regulam] rationem Vg 17 ostendat] ostendit Fi 19 percellat] procellat Vg, compellat Ly 1 19] 18 Vg, 16 Ly 4 eandem] eadem Fi 7 hoc] *omitted* Ly 10 salutis] similem Vg 18 in] *omitted* Vc 18–19 secunda] ita Ly Vg 19 venit] advenit Vg 19 hanc] *omitted* Ly Vg 19 doctrinam] suam *added* Ly Vg 19 affert] aufert Ly Vg 20 dixeritis] dicatis Ly Vg 23 ergo] et *added* Ly Vg 23 damnatam] damnatum Ly

Probatur superius dictum per quatuor rationes Ox

25 lus propter haeresim, antequam sit haereticus, est vitandus. Ergo
qui tenet haeresim damnatam explicite est haereticus.

Item quod dicta assertio sacris canonibus adversetur ostendi-
tur. Ait enim Gelasius papa, ut habetur 24, q. 1, c. 1, “Quicumque
in haeresim semel damnatam labitur eius damnatione seipsum
30 involvit.” Ex quibus verbis clare colligitur quod lapsus in haere-
sim damnatam explicite est damnatus. Quod etiam idem Gelasius
eisdem causa et quaestione, c. *Maiores* et Felix papa c. *Achatius*
secundo testantur aperte, sed damnatus propter haeresim est haere-
ticus. Ergo lapsus in haeresim damnatam explicite est haere-
ticus. Haereticus autem tenetur statim suam haeresim revocare.
35 Ergo tenens haeresim damnatam explicite tenetur eam statim re-
vocare.

Hoc etiam per consuetudinem ecclesiae declaratur. Nam in-
quisitores haereticae pravitatis, convicto quocunque quod tenue-
rit haeresim damnatam explicite, statim contra ipsum sicut contra
40 haereticum manifestum procedunt, et reputant ipsum haereticum
quamvis paratus sit corrigi. Si autem est haereticus, tenetur suam
haeresim revocare. Ergo, etc.

Hoc etiam ratione probatur. Nam si tenens haeresim damnatam
explicite non tenetur statim suam haeresim revocare, hoc non est
45 nisi quia valet se per ignorantiam excusare, dicendo quod ignorat
talem assertionem esse explicite condemnatam. Sed talis ignoran-
tia non excusat, tum quia ignorantia iuris non excusat, ut habetur
1, q. 4, § *Notandum*, tum quia constitutio apostolicae sedis om-
nes astringit postquam publicata est nec aliquis post duos menses
50 valet per ignorantiam excusari, ut habetur *Extra, De constitutioni-*
bus c. ultimo et notat glossa eodem titulo super c. *Cognoscentes*
. Ergo consimiliter damnatio explicita omnes, saltem post duos
menses, astringit, tum quia in his quae publice fiunt non potest
quis ignorantiam allegare, ut ex sacris canonibus colligitur evi-
55 denter. Cum ergo explicita damnatio haeresis cuiuscunque publi-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 29 quod] qui added Ly Vg 29 lapsus]
fuerit added Ly; est added Vg 31 eisdem] eadem Vc 31 et¹] 2 Vc
32 secundo] omitted Ly 32 testantur] attestantur Ly 32 haeresim] dam-
natam explicite added Ly 34 statim] omitted Vc 37 hoc] quod Vg 38 convicto ...
quod] convictum quaecunque qui Ly, convictum quemcunque quod Vg 40 ipsum]
omitted Ly Vg 41 est] omitted Ly Vg 41 haereticus] sit added Ly Vg
45 ignorat] omitted Ly Vg 46 condemnatam] nescit added Ly Vg 50 valet]
valeret se Ly Vg; se added Fi 50 excusari] excusare Fi Ly Vg 51 glossa]
4 added Ly 55 haeresis] omitted Ly Vg

ce facta sit, non potest quis tenens haeresim damnatam explicite se per ignorantiam excusare. Et per consequens eam statim revocare tenetur et nullo modo poterit excusari quin haereticus sit censendus.

Haec sunt quae mihi admirationem ingerunt quod viri literati dicunt quod aliquis potest tenere haeresim damnatam explicite, quamvis non sit haereticus, et quod ideo non statim tenetur talem haeresim revocare. Unde qualiter respondeant ad ista non differas reserare. 60

Capitulum 20

Magister: Pro assertionem praedicta argutum est supra libro 3, quia probatum est ibidem quod non omnis errans contra fidem est haereticus reputandus. Illa autem argumenta ibidem adducta concludunt quod etiam tenens haeresim damnatam explicite non est statim haereticus iudicandus. Ex quo sequitur quod non statim tenetur suam haeresim revocare. 5

Discipulus: Si fundant se in aliqua ratione speciali ad probandum quod tenens haeresim damnatam explicite non sit statim inter haereticos computandus, illam libenter audirem. 10

Magister: Una ratio eorum talis est. Nullus est magis reputandus haereticus propter haeresim explicite damnatam ab ecclesia quam propter haeresim cuius contradictoria in Scriptura Divina sententialiter et vocaliter continetur, nisi talis damnatio sit magis divulgata inter christianos quam veritas Scripturae Divinae. Sed multae sunt haereses damnatae explicite a conciliis generalibus quae non sunt magis divulgatae quam Scriptura Divina. Et non semper est aliquis statim reputandus haereticus si tenet aliquam haeresim cuius contradictoria in sacris literis reperitur, sed examinandus est an scienter vel nescienter, et si nescienter, an pertinaciter vel absque pertinacia teneat haeresim. Ergo simili- 15 20

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 57 se] et Vg 57 eam] *omitted* Ly Vg 58 poterit] tenetur Ly Vg 60 quod viri] *omitted* Vg, *added* Vgm 62 quod] *omitted* Ly Vg 1 20] 19 Vg, 17 Ly 2 magister] discipulus Ly Vg 3 quia] quo Ly Vg 4 reputandus] censendus Fi Ly Vg 5 concludunt] *omitted* Vg, *added* Vgm 8 fundant] fundat Vc 13 haeresim] explicite *added* Ly Vg 13 in ... divina] *omitted* Vc 16 a] in Ly Vg 19 reperitur] continetur Fi Ly Vg 20 nescienter¹] ignoranter Ly 20 nescienter²] scienter Ly Vg 21–22 ergo ... haeresim] *omitted* Vg; Igitur similiter licet quis tenet haeresim *added* Vgm

Arguitur quod non omnis tenens haeresim damnatam explicite est statim haereticus reputandus quia et sancti doctores dixerunt aliquando contra Sacram Scripturam Ox

ter licet quis teneat haeresim damnatam explicite non est semper
statim haereticus reputandus, sed investigandum est primo an de
pertinacia possit convinci per testes vel alia legitima documenta.
25 Et si non potest probari quod fuerit pertinax, examinandus est an
paratus sit se corrigere si sibi ostendatur aperte quod haeresis sua
est explicite condemnata.

Secunda ratio est haec. Nullus est statim reputandus haereticus
si tenet haeresim cuius contradictoriam non tenetur credere expli-
30 cite. Haec enim est causa quare si aliquis neget aliquam veritatem
contentam explicite in Scriptura Divina non est propter hoc statim
reputandus haereticus. Sed nullus vel pauci tenetur vel tenentur
explicite credere omnes veritates contradictorias haeresibus dam-
natis explicite quia multi non habent libros nec habere possunt
35 in quibus damnationes explicite continentur. Ergo licet ignoranter
teneat quis haeresim damnatam explicite non est statim haereticus
iudicandus.

Discipulus: Quomodo potest quis negare veritatem contentam
expresse in Scriptura Sacra nisi sit haereticus?

40 **Magister:** Sufficit credere omnem veritatem Scripturae Divi-
nae implicite. Sic enim beatus Augustinus aliquas veritates con-
tentas in Scriptura nescienter negavit et ideo non fuit haereticus,
sic etiam beatus Hieronimus veritatem evangelii negare videtur
cum, loquens de redemptore nostro in quadam homelia, dicit, “Et
45 interrogabat discipulos suos, dicens, ‘Quem dicunt homines esse
filium hominis?’; non dixit, ‘Quem me esse dicunt homines?’ ne
iactanter de se quaerere videretur.” Et tamen Lucas in evangelio
suo c. 9 expresse refert quod Iesus interrogavit discipulos suos
dicens, “Quem me dicunt esse turbae?” Ecce quod Hieronimus
50 dicit quod Christus non dixit, “Quem me dicunt esse homines?”
Lucas autem dicit quod dixit, “Quem me dicunt esse turbae?” Ubi
inter Hieronimum et beatum Lucam aperta contrarietas invenitur,
et tamen Hieronimus non est reputandus haereticus, quia non per-
tinaciter, sed quia de textu evangelii Lucae tunc non recordabatur,

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 24 legitima] similia Ly, similima
Vg 25 fuerit] fuit Vg, sit Ly 26 sibi ostendatur] ostenderetur sibi Ly Vg
27 est] sit Ly Vg 28 ratio] eorum *added* Fi Ly Vg 29 contradictoriam]
contradictionem Ly Vg 32 tenetur vel] *omitted* Ly Vg 36 statim] pertinax
added Ly Vg 41 sic] sicut Ly Vg 42 haereticus] iudicandus et *added* Ly;
et *added* Vg 43 etiam] enim Fi 45 suos] sic *added* Ly; scilicet *added* Vg
46 dixit] dicit Fi Ly Vg 47 videretur] videatur Ly Vg 48 suo] *omitted*
Ly Vg 49–51 ecce ... turbae] *omitted* Ly 50 dixit] dicit Vg 51 quod
dixit] *omitted* Fi Vg

negavit evangelii veritatem.

55

Capitulum 21

Discipulus: Per instantias quas feci discurre.

Magister: Ad primam tuam instantiam respondetur quod non omnis tenens haeresim damnatam explicite est haereticus reputandus, licet multi tenentes haereses damnatas explicite per alia documenta valeant probari haeretici, si possint videlicet convinci quod pertinaciter tenuerint haeresim damnatam explicite.

5

Cum vero dicis quod magis est reputandus haereticus qui tenet haeresim damnatam explicite quam qui non tenet doctrinam catholicam, hoc, si debet concedi, verum est de illo qui pertinaciter tenet haeresim damnatam explicite. Si autem nescienter absque omni pertinacia tenet haeresim damnatam explicite, non continet veritatem, loquendo scilicet de illo qui non reputat doctrinam christianam esse veram, de quo loquitur beatus Iohannes in verbis adductis. Non enim loquitur beatus Iohannes de illo qui ignoranter aliquam specialem catholicam veritatem non teneret, quia talis, nisi alias de pertinacia convinceretur, non esset a catholicis evitandus.

10

15

Ad decreta quae adducis breviter respondetur quod omnia loquuntur de illis qui scienter labuntur in haeresim iam damnatam.

20

Ad consuetudinem inquisitorum quam allegas dicunt quidam quod inquisitores et nonnulli praelati saepe inique procedunt et iniuste. Nam multi, ut dicunt, sunt illiterati et simplices, cupiditate et avaritia excaecati, qui ideo de haeresi accusatos satagunt condemnare ut bona eorum acquirant. Et ideo in eorum consuetudine nulla assertio est fundanda.

25

Ad rationem, quae magis urgere videtur, dicunt quod aliqui tenentes haereses damnatas explicite possunt se per ignorantiam

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 1 21] 20 Fi Vg, 18 Ly 3 instantiam] **omitted** Ly Vg 5 alia] aliqua Ly Vg 7 tenerint] tenuerunt Ly Vg 13 loquendo] **omitted** Ly 14 iohannes] Hieronimus Ly Vg 15 in ... iohannes] **omitted** Vc 15 iohannes] Hieronimus Ly 16 teneret] tenet Fi 19 omnia] omnes Fi Ly Vg 20 haeresim ... damnatam] errores iam damnatos Fi 23 nam] **omitted** Ly Vg 24–25 satagunt ... acquirant] **omitted** Vg, *added* Vgm 26 fundanda] fundata Ly Vg 27 rationem] tertiam *added* Ly 27 urgere] vigere Vg 28 damnatas] demnatas Vg, condemnatas Ly Vgm

Respondetur ad rationes capitulo 9 [recte 19], et dicitur quod non omnes tenentes haereses damnatas explicite sunt reputandi haeretici nisi teneant pertinaciter et teneantur contrarias veritates credere explicite Ox

excusare, aliqui vero non possunt, quia quidam diversis modis,
 30 sicut ex praedictis apparet et inferius, si interrogationes de hac
 materia fueris prosecutus, amplius apparebit, convinci poterunt
 de pertinacia manifesta, illi videlicet qui prius eandem haeresim
 sciverunt esse damnatam et qui alios ad tenendum eandem quo-
 35 modolibet coegerunt et qui protestabantur se velle eandem irre-
 vocabiliter defensare, et multi alii de quibus dictum est supra et,
 si volueris, dicetur inferius. Illi autem qui nullo modo de perti-
 nacia possunt convinci et parati sunt corrigi se poterunt per igno-
 rantiam excusare, dicentes, “Nos ignoravimus tales haereses esse
 damnatas; imo ignoravimus eas veritati catholicae quomodolibet
 40 adversari.”

Discipulus: Antequam procedas ulterius dicas an in sacra pa-
 gina et iure canonico eruditi valeant, si tenent haereses damnatas
 explicite, se per ignorantiam excusare.

Magister: Dicitur quod sic, quia eruditi non tenentur habere
 45 noticiam de omnibus haeresibus quae sunt explicite damnatae,
 et ideo si ignoranter teneant eas parati corrigi non sunt haeretici
 reputandi.

Discipulus: Quomodo respondetur ad illa per quae probavi
 quod ignorantia non excusat?

Magister: Ad primum dicitur quod ignorantia iuris est duplex.
 50 Quaedam enim est ignorantia iuris quod oportet scire, et illa non
 excusat; alia est ignorantia iuris quod non oportet scire, et illa
 excusat a peccato, licet forte in quibusdam aliis non excuset. Il-
 le igitur qui tenet haereses quarum contradictorias oportet eum
 55 explicite credere non potest per ignorantiam excusari. Et ideo
 quicumque inter christianos convenienter enutritus teneret fidem
 christianam esse falsam vel Christum non fuisse crucifixum vel
 non fuisse incarnatum vel aliquid huiusmodi cuius nullus Chri-
 stianus debet esse ignarus non potest per ignorantiam excusari,
 60 quia explicite tenetur credere quod fides Christiana est vera et

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 29 quia] qui Vc 29 quidam]
 quidem Vc 30 apparet] patet Ly Vg 31 poterunt] poterint Ly 33 sciverunt] ■
 asseruerunt Ly Vg 34 coegerunt] cogerunt Vg 34 qui] *omitted* Vg 34–35 irrevocabiliter] ■
 irrationabiliter Ly Vg 37 se poterunt] potuerunt se Ly 38 ignoravimus]
 ignoramus Ly Vg 38 haereses] *omitted* Fi 39 ignoravimus] ignoramus Ly
 Vg 41 antequam] nunquam Fi 41–42 pagina] scriptura Fi 42 damnatas] ■
 condemnatas Fi 43 excusare] excusari Fi 51 enim] *omitted* Ly Vg 53 excuset] ■
 excusat Vg 56 enutritus] secundum *added* Fi 56 teneret] tenet Fi Ly Vg
 58 aliquid] aliud *added* Vg

quod Christus fuit crucifixus et huiusmodi quae facile est scire et inter omnes catholicos divulgantur. Qui autem teneret haereses quarum contradictorias non tenetur credere explicite posset per ignorantiam excusari, dummodo pertinaciam nullam adiungeret.

Ad secundum, de constitutione sedis apostolicae, dicitur quod omnes astringit postquam est publice divulgata ita quod nemo potest ignorantiam allegare. Si autem non fuerit ita publice divulgata, non astringit ignorantes qui non laborant ignorantia crassa et supina. Quod ergo dicitur, quod omnes astringit post duos menses, verum est omnes scientes et omnes ignorantes damnabili ignorantia laborantes. Alios autem non astringit ut facientes contrarium peccent coram Deo, licet forte aliquando astringat eos ad poenam per ecclesiam infligendam. Durum enim videtur nonnullis dicere quod omnes Christiani tenentur scire omnes decretales summorum pontificum, cum nonnulli studentes in eis aliquando 20 annis et amplius multas earum ignorent. Multi etiam ad earum copiam nullatenus attingere possunt.

Ad tertium dicunt quod etiam in his quae publice fiunt contingit quandoque allegare ignorantiam, secundum quod ex sacris canonibus 9, q. 1, c. *Ordinationes* et 1, q. 1, c. *Si qui a simoniacis* et aliis aperte colligitur. Et nonnunquam talem ignorantiam sufficit solo iuramento probare. Et ita dicunt in proposito quod quamvis quondam fuerint aliquae haereses publice condemnatae, tamen possunt nunc etiam literati ignorantiam allegare, dicentes se nescire tales haereses fuisse damnatas. Et si petatur ab eis probatio quod ignorant, sufficit quod iurent se ignorare. Et sic a pravitate haeretica per ignorantiam excusantur.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 62 omnes] *omitted* Fi Ly Vg 62 catholicos] christianos Ly, haeticos Vg 62 teneret] tenet Fi Ly Vc Vg 66 nemo] nullus Ly 67 allegare] abnegare Vg 71 ut] licet Ly 72 coram deo] contra deum Ly 72 coram] quoniam Vg 72 aliquando] *omitted* Ly 73–74 nonnullis] non Vg; nullis *added* Vgm 74 tenentur] teneantur Fi Vg 74 decretales] determinationes Ly Vg 76 20 annis] per duos annos Ly Vg, per 20 annos Fi 76 ignorent] ignorant Ly Vg 76 etiam] enim Ly 77 nullatenus ... possunt] possunt nullatenus accedere Fi 79 secundum quod] prout Ly 79 secundum] scilicet Vg 80 qui] quis Ly 83 fuerint] fuerunt Ly 84 nunc] nec Vc; *omitted* Ly 86 ignorant] ignorent Ly Vg

Capitulum 22

Discipulus: Adhuc de ista materia unam difficultatem discutias, an videlicet sciens aliquam haeresim esse damnatam, quam putat esse ambiguam, duos sensus habentem, si teneat eam sub
5 senso damnato, quem non putat esse damnatum, valeat de pravitate haeretica per ignorantiam excusari?

Magister: Ad hoc respondetur quod si sciens haeresim esse damnatam non tenetur scire sub quo sensu est damnata, licet tenuerit sensum damnatum, non est statim haeticus iudicandus.
10 Si autem tenetur scire sub quo sensu est damnata, non potest per ignorantiam excusari.

Primum sic probatur. Damnata aliqua assertione, nullus per illam damnationem astringitur ad negandum aliam assertionem quae ex sola assertione damnata inferri non potest. Sed ex as-
15 sertione ambigua diversos sensus habente sensus determinatus inferri non potest. Ergo, damnata assertione ambigua, non astringitur quis negare determinatum sensum quia potest probabiliter dubitare in quo sensu sit damnata. Ergo si quis ex ignorantia absque omni pertinacia tenet haeresim ambiguam condemnatam in
20 illo sensu in quo secundum intentionem damnantium est damnata, si illum sensum minime expresserunt, non est statim pertinax et haeticus iudicandus; sed antea est sibi ostendendum aperte quod non solum assertio ambigua est damnata sed etiam quod talis sensus determinatus veritati obviat orthodoxae.

Discipulus: Isti videntur errare cum dicunt assertionem ambiguam esse damnatam, cum assertio ambigua damnari non debeat, praesertim si habeat aliquem sensum catholicum.

Magister: Respondetur tibi quod tu erras aperte. Nam nonnunquam assertio ambigua habens aliquem sensum catholicum

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 1 22] 21 Fi Vg, 19Ly 3 aliquam] omitted Ly 4 eam] omitted Fi Ly Vg 4 sub] omitted Ly 5 senso damnato] sensum damnatum Ly 8 est] sit Fi Ly Vg 10 est] omitted Vg, added Vgm 16 inferri ... potest] haberi non potest seu inferri Fi 18 damnata] condemnata Ly 19 omni] omitted Ly 20 damnantium] condemnantium Ly 21 si] etiam added Fi Ly Vg 21 sensum] omitted Fi 22 ostendendum] omitted Fi, added Fim 23 quod²] omitted Fi 24 determinatus] determinatae Ly Vg 28 aperte] omitted Vc 28 nam] dicens quod Ly; omitted Vg 28–29 nonnunquam] nunquam Ly Vg

Tenens haeresim damnatam habentem ambiguum sensum non est haeticus nisi teneatur scire sensum haeticum quia et contradictoriae assertiones in eisdem terminis reperiuntur per ecclesiam condemnatae Ox

est damnata. Unde et aliquando assertiones contradictoriae secundum vocem sunt damnatae; ex quo tamen contradictoriae sunt secundum vocem, altera illarum vel utraque habet sensum verum. 30

Discipulus: De isto ponas exemplum si potes?

Magister: Isidorus, ut habetur 24, q. 3, c. *Quidam autem*, videtur ad hoc exemplum adducere manifestum, aperte insinuans quod utraque istarum, “Deus creat mala”, “Deus non creat mala”, est haeresis condemnata. Unde et assertores utriusque haereticos reputat manifestos, dicens, “Coliciani a quodam Colicio nuncupati qui dicunt Deum non facere mala contra illud quod scriptum est, ‘Ego sum deus creans malum’. Floriani a Floriano qui econtrario dicunt Deum creasse mala contra hoc quod scriptum est, ‘Fecit Deus omnia bona’.” Ex his verbis colligitur quod utraque istarum, “Deus creat mala”, “Deus non creat mala”, est haeresis explicite condemnata. Et tamen ista, “Deus creat mala”, est assertio ambigua habens aliquem sensum catholicum, scilicet istum Deus creat mala poenae. Similiter ista, “Deus non creat mala”, habet sensum catholicum, scilicet istum Deus non creat mala cul- 35
40
45
pae.

Discipulus: Secundum ista videtur quod isti concedunt quod aliquis absque haeretica pravitate potest tenere Deum creare mala cul- 50
pae, quia dicunt quod aliquis potest tenere assertionem ambig-
uam damnatam in eo sensu in quo est damnata absque haeretica
pravitate.

Magister: Male arguis secundum istos, quia arguis a particula- 55
ri vel indiffinita aequipollente particulari ad singularem determi-
natam. Non enim dicunt quod semper potest quis tenere assertio-
nem ambiguam damnatam in eo sensu in quo est damnata absque
haeretica pravitate, sed quandoque, quia, ut dicunt, si tenetur quis
scire sensum in quo est damnata assertio esse haeticum, si tenet
talem assertionem in tali sensu, statim est haeticus iudicandus; 60
si vero non tenetur hoc scire, non est haeticus reputandus.

Discipulus: Quomodo est ergo procedendum circa talem?

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 33 isto] ista Fi Ly Vg 37 condemnata]
damnata Fi 38 colicio] colicione Ly 39 qui] econtrario **added** **accept? No**
Fi Vc Vg 39 deum] *omitted* Vg 39 facere] creasse Fi Vc Vg 39 mala]
malum Vg 39 illud] hoc Fi Vc Vg 39 quod] quos Ly 40–41 econtrario]
econverso Vc 41 mala] malum Ly 42–43 utraque istarum] uterque isto-
rum Vg 43 est] et Ly 44 condemnata] damnata Fi 46 mala] malum Ly
Vg 46 poenae] et **added** Ly Vg 58 ut] *omitted* Vg, **added** Vgm 58 quis]
omitted Fi 59 haeticum] haeretica Ly Vg 61 vero] tamen Fi 62 circa]
contra Fi Ly Vg

Magister: Responsum est supra, quia, ut dicunt, non sufficit ostendere tali quod assertio ambigua est damnata, sed etiam oportet sibi aperte ostendere quod talis sensus catholicae veritati repugnat.

Capitulum 23

Discipulus: Ut cerno, secundum istos, episcopi et inquisitores in vanum errantes corripiunt nisi probaverint eos patenter doctrinae catholicae adversari. Sed adhuc ignoro quid putant de papa, an scilicet ad simplicem correctionem papae absque tali correctione quam vocant legitimam teneantur nescienter errantes suas haereses revocare.

Magister: Dicunt quod non: tum quia papa saepe est illiteratus et simplex; tum quia papa de fide potest errare contra fidem; tum quia papa de fide tenetur reddere rationem, quia, sicut notat glossa Extra, *De rescriptis*, c. *Si quando*, “de omnibus ratio reddi debet si potest”; tum quia in causa fidei a papa licet appellare; tum quia fides nostra non consistit in sapientia papae. Nullus enim in his quae fidei sunt tenetur credere papae nisi per regulam fidei dicti sui rationem ostendat.

Discipulus: Istud videtur consuetudini ecclesiae repugnare. Nam papa aliquando damnat haereses cuius damnationis suae nullam reddit rationem et concilia etiam generalia symbola condiderunt articulos distinguunt quos tamen per regulam fidei minime probant. Ergo non videtur quod papa semper teneatur reddere rationem damnationis haereticae pravitate.

Magister: Ad ista respondent quod nunquam invenitur quod papa aliquam haeresim damnaverit et damnationis suae non reddiderit rationem, sed aliquando extra damnationem, aliquando in

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 65 sibi] *omitted* Fi 1 23] 22
 Fi Vg, 20 Ly 3 corripiunt] corrigunt Ly 3 probaverint] probaverunt
 Vg 3 eos] ea Ly Vg 4 catholicae] apostolicae Vc 5 papae] *omitted* Fi
 8–9 tum ... fidem] *omitted* Fi Ly Vg 10 de fide] *omitted* Fi 10 notat]
 narrat Ly Vg 12 a papa] *omitted* Fi 12 quia²] *omitted* Vg 13 enim]
 ergo Ly Vg, igitur Fi 15 ostendat] ostendit Vg 18 etiam] *omitted* Ly
 Vg 19 fidei] *omitted* Ly Vg 20 probant] probaverunt Ly 22 ad ista]
omitted Ly Vg 22 respondent] respondetur Ly 24 extra damnationem]
 ex damnatione Ly 24 in] cum Ly

Quod sicut coram ordinariis ita nec coram papam tenetur quis revocare errorem nisi aperte ostenso quod repugnat catholicae veritati et in hoc quomodo intelligitur esse aperte ostensum statur iudicio sapientum Ox

eadem damnatione. Sic enim fecit Alexander 3, sicut patet Extra, *De haereticis*, c. *Cum Christus*, sicut etiam Innocentius 3 Extra, *De summa trinitate et fide*, c. *Damnatus*. Si autem non reddit rationem in damnatione ipsa, debet in aliis assertionibus suis eiusdem damnationis suae reddere rationem. 25

De generalibus conciliis condentibus symbola respondetur quod licet in ipsis symbolis non probent per regulam fidei articulos simbolorum, tamen extra ipsa symbola manifeste probantur quia vel condentes symbola ipsos articulos probant vel probationes approbant aliorum tacite vel expresse. 30

Discipulus: Quid si aliquis defenderet coram papa haeresim quam diceret se putare consonam esse fidei orthodoxae? 35

Magister: Dicunt quod si millesies defenderet haeresim nescienter cum protestatione expressa vel tacita quod paratus est corrigi cum cognoverit opinionem suam catholicae fidei obviare etiam coram papa non esset haereticus iudicandus nisi per alia legitima documenta haereticus probaretur quia, sicut prima vice licet sibi nescienter tali modo opinionem erroneam defendere, ita licet secunda vice et tertia et semper quousque fuerit sibi probatum aperte quod sua opinio est inter haereses computanda. 40

Discipulus: Forte dicet taliter opinionem suam defendens, etiam postquam opinio sua fuerit probata haeretica, quod non est sibi ostensum quod sua opinio fidei obviat orthodoxae, et ita nunquam posset convinci. 45

Magister: Non sufficit sibi negare opinionem suam esse probatam haeticam, sed cogetur stare iudicio peritorum; qui, si reputaverint sufficienter esse sibi probatum quod opinio sua est haeretica, tenetur eam revocare, alioquin inter pertinaces et haeticos est censendus. 50

Discipulus: Quid si errant periti et omnes theologiae magistri

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 25–26 extra] omitted Fi Ly 26 sicut] sic Ly Vg 26 etiam] enim Ly Vg 27 c] omitted Fi 28 reddit] redderit Fi, reddat Ly 31 probent] probant Fi 32 ipsa] omitted Ly 32–33 manifeste ... symbola] omitted Fi 32–33 vel condentes] licet contente Vg 34 expresse] et sic licet condendo symbola non probent ipsos articulos eorum tamen probationem approbant alibi tacite vel expresse added Fr 35 quid] quod Vg 35 defenderet] defendet Vc 36 esse] omitted Fi Ly Vg 36 orthodoxae] catholicae Vc 39 cognoverit] agnoverit Ly 39 opinionem suam] opiniones suas Ly Vg 40 etiam] et Fi Vg 44 haereses] haeticas Ly Vg 45 dicet] diceret Ly Vg 45 taliter] talis Ly, aliquis Vg 47 nunquam] non Fi 49 sibi] omitted Vg 50 cogetur] cogitur Ly Vg 51 sibi] omitted Fi Ly Vg 51 sua] omitted Fi Ly Vg 54 errant] errent Ly Vg

55 una cum papa?

Magister: De facto damnabunt innocentem. Poterit tamen secundum iura causam suam per remedium appellationis sublevare. Si autem appellationi suae legitimae non defertur, non restat ei nisi ut divinae gratiae se committat et non timeat de hominum societate iudicio iniquo deleri quem de libro viventium conscientia non delet iniqua.

Discipulus: Quid si in scriptis haeresim manifestam defendit?

Magister: Dicunt quod propter hoc nec pertinax nec haereticus est reputandus, quia quantum ad hoc non refert an verbo vel scripto opinionem erroneam teneat vel defendat. Nam beatus Cyprianus opinionem haereticam in scriptis reliquit, quia tamen eam pertinaciter non defendit non fuit haereticus iudicandus. Sic etiam abbas Ioachim opinionem haereticam scripsit, sicut testatur Innocentius 3, Extra, *De summa trinitate et fide catholica*, c. *Damnamus*, et tamen non fuit haereticus iudicandus, glossa super dicto c. *Damnamus* dicente de eodem Ioachim, “quia paratus fuit corrigi et se correxit, ut sequitur non debet dici haereticus, licet quandoque errasset in fide.” Sic etiam Petrus Iohannes, licet opiniones suae quas in scriptis reliquit fuerint tanquam haereticae condemnatae, ipse tamen nec pertinax nec haereticus fuit iudicatus. Sic etiam beatus Hieronimus, licet opiniones erroneas scripserit quas etiam non legitur revocasse, non est haereticus reputatus.

Discipulus: Secundum ista videtur quod nullus post mortem posset de haeresi accusari, cuius tamen contrarium sacri canones asserunt manifeste.

Magister: Respondetur quod propter hoc solummodo quod quis haeresim tenuerit verbo vel scripto non esset post mortem

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 56 magister] si *added* Ly 56 facto] si *added* Fi 56 damnabunt] damnaverint Ly Vg 56 tamen] scilicet Ly; *omitted* Fi Vg 56–57 secundum] *omitted* Ly 58 ei] *omitted* Ly Vg 59 ut] *omitted* Vg, *added* Vgm 59 gratiae] *gap* Fi 60 quem] quia Ly Vg 60 de] *omitted* Vg, *added* Vgb 61 iniqua] inique Vc 62 defendit] defenderet Ly 63 magister] quidam *added* Ly; quia *added* Vg 63 nec!] non est Fi Ly Vg 64 est] *omitted* Fi Ly Vg 64 reputandus] iudicandus Fi Ly Vg 64 refert] refertur Vg 64 an] aut Vg 66 haereticam] erroneam Fi 66 reliquit] relinquit Vg 69 extra] *omitted* Ly 72 se] *omitted* Vg 74 reliquit] relinquit Vg 74 fuerint] fuerunt Ly 76 iudicatus] iudicandus Fi Ly Vg 77 etiam] *omitted* Fi Ly Vg 78 reputatus] reputandus Fi Ly Vg 83 quis] quisquis Fi 83 esset] de haeresi *added* Fi

de haeresi accusandus. Sed si quomodocumque potest probari quod haeresim verbo vel scripto tenuerit pertinaciter, post mortem poterit de haeresi accusari, quia si per alium modum quam per verba vel scripta solam haeresim exprimentia, puta per verba vel scripta vel facta declarantia pertinaciam, valuerit ostendi pertinax fuisse, est damnandus. 85

Discipulus: De hoc ponas exemplum ut quod dicitur magis intelligam? 90

Magister: Si de aliquo post mortem probatum extiterit quod verbo vel scripto tenuerit duas personas fuisse in Christo non est propter hoc solummodo haereticus reputandus, sed per simplicitatem vel ignorantiam poterit excusari. Si autem probatum fuerit quod sciverit dictam assertionem esse damnatam et quod postea eam verbo vel scripto tenuerit, est de pertinacia et pravitate haeretica condemnandus. 95

Discipulus: Ut conicio, secundum istos eodem modo contra vivum et mortuum de haeresi accusatum oportet procedere, inquisitoribus tamen sufficit quod tantummodo probetur aliquem mortuum verbo vel scripto haeresim tenuisse. 100

Magister: De inquisitoribus dicunt isti quod saepe inique procedunt et quod sunt ecclesiae Dei valde nocivi tanquam lucris temporalibus totaliter inhiantes. 105

Capitulum 24

Discipulus: Dicas nunc de correcto a socio vel alio qui super ipsum nullam iurisdictionem penitus noscitur obtinere.

Magister: Dicunt praedicti quod correctus legitime de haeresi a socio vel a subdito vel a quocunque alio tenetur statim absque 5

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 84 sed] *omitted* Fi 84 si] *omitted* Vg, *added* Vgb 84 quomodocumque] quocunque modo Vc 85 scripto] facto Ly Vg 86 si] *omitted* Vg, *added* Vgb 87 per] *omitted* Ly 88 declarantia] pertinaciam] declaravit pertinacia Vg, declaravit per quae pertinacia Ly 94 solummodo] solum Ly Vg 94–95 simplicitatem] simplicem Ly Vg 95 probatum] *omitted* Vg, *added* Vgm 97 eam] vel *added* Ly Vg 97 et] de *added* Ly Vg 98 condemnandus] reputandus Fi 99 discipulus ut] *gap* ut discipulus Fi 99 conicio] convinco Vg, concipio Ly, *omitted* Fi 101–102 aliquem mortuum] aliquo modo Ly Vg, aliquid magister Fi 102 scripto] ipsum *added* Ly 102 tenuisse] *gap* Fi 103 magister] *omitted* Fi 1 24] 23 Vg, 21 Ly 5 alio] *omitted* Ly Vg

no chapter break Fi; Quod correctus a socio legitime hoc est patenter et ostenso errorem suum repugnare catholicae veritati tenetur statim dimittere et explicatur differentia in correctione a papa vel ordinario vel socio item circa haeresim Ox

mora haeresim suam dimittere, ita quod, si convincatur post talem correctionem eandem haeresim verbo vel scripto tenere aut veram quomodolibet reputare, est pertinax reputandus.

Hoc probant primo sic. Fides nostra non est in sapientia hominum secundum Apostolum 1 ad Corinthios 2. Ergo ad hoc quod quis haeresim suam teneatur dimittere non refert a quo homine sibi per regulam fidei ostendatur quod opinio sua fidei obviat orthodoxae; sed si alicui a praelato suo patenter ostenditur quod opinio sua fidei obviat orthodoxae eam statim tenetur dimittere, alioquin pertinax est censendus. Ergo tenetur ad idem a quocunque sibi hoc extiterit demonstratum.

Secundo sic. Qui non est paratus corrigi si errat est pertinax. Sed ille qui correctus legitime a quocunque, hoc est cui patenter est ostensum quod opinio sua fidei obviat orthodoxae, non statim opinionem suam dimittit non est paratus corrigi. Ergo talis est pertinax et haereticus iudicandus.

Tertio sic. Non minus tenetur quis errorem dimittere si veritatem invenerit per instructionem cuiuscunque alterius quam si veritatem invenerit per se ipsum. Qui autem per seipsum invenerit veritatem statim tenetur errorem dimittere, exemplo venerabilis Anselmi libri 1 Cur Deus homo c. 18 dicentis, “Certus sum si quid dico quod Sacrae Scripturae absque dubio contradicat quod falsum est, nec illud tenere volo si cognovero.” Ergo si veritatem invenerit consonam Sacrae Scripturae per informationem cuiuscunque alterius, sive socii sive subditi, errorem contrarium debet absque mora dimittere.

Discipulus: Secundum ista nulla videtur differentia inter correctum a praelato et ab alio non praelato, etiam subdito.

Magister: Respondetur quod quantum ad hoc quod error dimittatur non est differentia, sed quantum ad alia multa magna differentia reperitur. Praelatus enim et iurisdictionem habens super alium potest ipsum citare ad rationem ponere, et ut suam informa-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 8 reputare] *omitted* Fi 9 hoc] quod Ly Vg 10 ad corinthios] corinthiorum Fi 11 dimittere] deponere Fi Ly Vg 13 si] *omitted* Vg, *added* Vgb 15 idem] id Ly Vg 16 sibi ... extiterit] fuerit hoc sibi Fi Vg, est hoc patenter sibi Ly 17 pertinax] pertina Ly 18 qui] est *added* Vc 18 cui] si sibi Ly, sibi Vg 19 est] *omitted* Vg 19 ostensum] scilicet *added* Ly 20 suam] *omitted* Vg, *added* Vgm 22 quis] *omitted* Fi 22 errorem] suum *added* Fi 28 cognovero] cognoscerent Vg 29 invenerit] cognoverit Fi 29–30 cuiuscunque] cuiuslibet Fi 32 ista] illud Fi Ly Vg 36 reperitur] invenitur Fi 37 ad] ac Vc

tionem audiat coartare, et ad publicam revocationem compellere, ipsumque, si in praedictis et aliis ad suum pertinentibus officium inventus fuerit contumax et rebellis, animadversione condigna punire. Qui autem super errantem iurisdictionem non optinet, in eum praedicta non poterit exercere. 40

Discipulus: Ponunt aliquam differentiam inter papam corripientem et alios praelatos corripientes errantes?

Magister: Quantum ad haereses damnatas explicitate conformiter dicunt de papa et aliis praelatis, sed quantum ad haereses damnatas dumtaxat implicite magna differentia invenitur, quia super tenentes haereses damnatas solummodo implicite praelati inferiores summo pontifice nullam iurisdictionem habere noscuntur ut eos punire possint vel ad aliquid coartare. Sed si in suis conscientiiis eos putaverint pertinaces debent eos apostolico accusare vel denunciare. Apostolicus autem eos potest examinare et, si pertinaces invenerit, condemnare. 45 50

Capitulum 25

Discipulus: Gestio scire si modus alius assignatur errantem de pertinacia convincendi.

Magister: Octavo modo nonnullorum iudicio est quis de pertinacia convincendus, puta si alios ad suum pertinaciter defendendum errorem praeceptis, comminationibus, poenis, promissionibus, iuramentis vel alio quovis modo artare molitur. Quod enim talis sit pertinax et haereticus censendus multis rationibus probare conantur. 5

Quarum prima est haec. Non minus delinquit qui alios cogit ad haeresim pertinaciter defendendam quam qui erranti consentit 10

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 39 ipsumque] ipsum et Ly, ipsum Vg 39 si] quia Vg 40 contumax] pertinax Fi Ly Vg 40 rebellis] cum added Fi Ly Vg 40 animadversione] adversione Vg 41 optinet] habet Ly Vg 41 eum] eo Ly Vg 43 ponunt] pone Vg; ne added Ly 43 aliquam] aliam Vg; aliam added Ly 46 ad] omitted Fi 47 dumtaxat] solummodo Ly Vg 49 summo pontifice] omitted Ly 51 pertinaces] participes Vg 1 25] 24 Vg, 23 Fi, 22 Ly 2 gestio] cupio Ly Vg 4 octavo] septimo Ly 5 convincendus] iudicandus Ly 5 pertinaciter] pertinacem Ly Vg 6 poenis] praemiis added Ly 7 iuramentis] iuratis Ly Vg 7 alio] aliud Vg 10 haec] omitted Vc 10 delinquit] deliquit Vc 11 pertinaciter] pertinacem Ly Vg 11 defendendam] defendendum Fi

Octavus modus pertinaciae, si quis alios artare molitur praeceptis aut minationibus, promissionibus, iuramentis vel aliis ad tenendum vel defendendum errorem suum, et probatur tripliciter Ox

15 vel non resistit cum possit, quia talis non solum est consentiens
 et non resistens sed etiam cogens et impellens. Qui autem erranti
 et haeresim pertinaciter defendenti consentit vel non resistit cum
 20 potest consimili crimine irretitur, et per consequens pertinax et
 haereticus est censendus. Ergo cogens seu compellens alios hae-
 resim pertinaciter defensare est pertinax et haereticus reputandus.
 Maior est manifesta. Minor sacris canonibus manifeste probatur.
 Ait enim Isidorus, ut habetur 11, q. 3, c. *Qui peccantibus consen-*
 25 *tit*, “Alius pater ait, ‘Si quis alterius errori consentit, sciat se cum
 illo simili modo culpabilem iudicandum.’” Et Leo papa, ut habe-
 tur Extra, *De haereticis*, c. *Qui alios*, ait, “Qui alios cum potest
 ab errore non revocat seipsum errare demonstrat.” Et Innocentius
 30 papa, ut habetur dist. 83, c. *Error*, ait, “Error cui non resisti-
 tur approbatur, et veritas, cum minime defensatur, opprimitur.”
 Ex his aliisque quampluribus aperte colligitur quod qui consentit
 haereticae pravitati inter haereticos computatur. Ergo multo ma-
 35 gis qui compellit alios haeresim pertinaciter defensare vel haeresi
 pertinaciter adhaerere est pertinax et haereticus iudicandus.

30 Secunda ratio est haec. Non minus peccant qui alios cogunt
 minis, terroribus, iuramentis vel praeceptis aut comminationibus
 ad peccatum quam qui mandant aliis aliquod committere crimen
 Sed qui mandant aliis aliquod crimen committere consimili cri-
 mine involvuntur. Ergo qui cogunt alios ad peccatum quodcun-
 35 que consimili peccato tenentur et per consequens qui cogunt alios
 pravitatem haeticam pertinaciter defensare sunt consimili perti-
 nacia irretiti. Maior istius rationis est nota de se. Minor probatur
 auctoritate Innocentii 3, qui, ut habetur Extra, *De sententia ex-*
communicationis, c. *Mulieres*, ait, “Cum is vere committat cuius

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 12 resistit] desistit Fi 12 quia]
 sed Ly Vg 12 non² ... est] est non solummodo Ly 13 et¹] omitted Fi
 13 et²] vel Fi 14 pertinaciter] pertinacem Ly Vg 15 consimili] simi-
 li Ly 16 ergo] et added Ly Vg 19 11] 21 Ly, 2 Vc Vg 19 3] 1 Ly
 19–20 consentit¹] et defendit alium peccantem maledictus erit apud deum et
 homines et corripietur correctione severissima hinc etiam quidam pater sanc-
 tissimus ait si quis peccantem defendit acrius quam ille qui peccavit coherce-
 atur hinc etiam added Fr 20 alius ... ait] omitted Ly 20 alius] alter Vc
 20 ait] omitted Vc 21 culpabilem] dampnabilem Vc 24 habetur] extra
 de haereticis added **significant?** Fi Vg; in canonicis added Ly 26 quampluribus]
 pluribus Ly Vg 30 peccant] peccat Vc 32 peccatum] peccandum Ly Vg
 33 mandant ... committere] hoc faciunt Ly Vg, haec faciunt Fi 33 mandant]
 mandat Vc 35 peccato] modo Fi Ly Vg 35 tenentur] tenetur Vg 35 alios]
 ad Ly Vg; omitted Fi 36 consimili] simili Ly Vg 38 innocentii] alexandri
 Fi Ly Vg 39 committat] communicat Ly

auctoritate vel mandato delictum committi probatur”. Ergo qui mandant aliis ut crimen committant consimili crimine involvuntur. 40

Tertio ratio est haec. Ille dicitur facere qui per alium facit. Unde et ille dicitur occidere vere qui per alium occidit, teste Clemente 3, qui, ut habetur Extra, *De clericis pugnantis in duello*, c. *Henricus*, ait, “Homicidium tam facto quam praecepto sive consilio aut defensione non est dubium perpetrari.” Ergo consimiliter ille dicitur haeresim pertinaciter defensare qui per alium haeresim pertinaciter defendit. Sed qui cogit alios haeresim pertinaciter defensare, pertinaciter haeresim defensat per alios. Ergo et ipse debet dici haeresis pertinax defensator. 45 50

Quarta ratio est haec. Magis dicitur facere cogens quam consulens. Sed ille cuius consilio aliquod crimen committitur dicitur idem crimen committere, teste Augustino, qui, ut habetur *De Poenitentia*, dist. 1, c. *Perniciose*, ait, “Perniciose se decipiunt qui existimant eos tantum homicidas esse qui manibus hominem occidunt et non potius eos per quorum consilium, fraudem et exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudaei Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est, ‘Nobis non licet interficere quenquam’. Sed tamen illis Domini mors imputatur quia ipsi eum lingua interfecerunt, dicentes, ‘Crucifige, crucifige eum’.” Ergo multo magis qui cogit alium ut crimen committat idem crimen committit, et ita qui cogit alium haeresim pertinaciter defensare ipse noscitur haeresim pertinaciter defensare. 55 60 65

Quinta ratio est haec. Participantes criminosis in crimine eodem crimine involvuntur; sed qui cogit alios haeresim pertinaciter defensare participat in crimine haeresim pertinaciter defensanti

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 40 delictum] delictis Vg, delicta Ly 40 committi] committuntur Ly 40 probatur] patet Ly Vg 40 ergo] quod *added* Ly 41 mandant] mandat Fi Vc 41–42 involvuntur] involvuntur Ly, involvitur Fi 44 vere] *omitted* Fi 46 henricus] haereticus Ly, haereticus hoc Vg 49 pertinaciter¹] pertinacem Ly Vg 49–50 pertinaciter¹] pertinacem Ly Vg 50 defensat] defendit Ly Vg 50 alios] et *added* Vg 51 et] *omitted* Vc 51 haeresis] *omitted* Fi Ly Vg 52 facere cogens] agere agens Ly 55 perniciose¹] periculose Fi Ly Vc Vg 55 perniciose²] periculose Fi Ly Vc Vg 55 se] *omitted* Ly Vg 55 decipiunt] desipiunt Ly 57 potius] post Vg; potius Vgm 58 exhortationem] exhortationes Fi Ly Vc Vg 61 ipsi] ipsum Ly 61 eum] cum Ly Vg 63 ita] *omitted* Fi 63 alium] ad *added* Fi 64–65 defensare] tenere Ly 67 pertinaciter] particulariter Vg 68 defensanti] defensantis Ly

70 quia impendit ei auxilium et favorem; ergo talis est pertinax reputandus.

Sexta ratio est haec. Qui non est paratus corrigi de haeresi quam tenet est pertinax reputandus; sed qui cogit alios ad suam haeresim pertinaciter defendendam non est paratus corrigi; ergo pertinax est censendus.

75 Septima ratio est haec. Qui cogit alios ad haeresim pertinaciter defendendam vult eandem haeresim irrevocabiliter defensari et teneri; talis autem est pertinax; ergo, etc.

Discipulus: Istae rationes procedunt tantummodo de cogente alios haeresim suam pertinaciter defensare, sed contingit haeresim defensare absque pertinacia. Ergo licet aliquis cogat alios poenis, minis, praeceptis et iuramentis haeresim aliquam defensare, dummodo non cogat eos pertinaciter defensare, non est pertinax nec haereticus reputandus. Quod videtur posse probari tali ratione. Qui cogit alium et non ad peccatum mortale non committit peccatum mortale. Et per consequens non est propter talem coactionem pertinax et haereticus reputandus, cum omnis haereticus in peccato mortali existat. Sed defensare haeresim non est semper peccatum mortale, licet defendere haeresim pertinaciter sit peccatum mortale. Ergo propter talem coactionem non est quis pertinax et haereticus reputandus.

Magister: Ad hoc respondetur quod licet posset quis haeresim absque pertinacia defensare, tamen cogens alium absolute haeresim defensare quantum in se est cogit ipsam haeresim pertinaciter defendere, sicut qui cogit alium iurare quod aliquam assertionem quae est haeretica irrevocabiliter et in perpetuum defensabit quantum in eo est cogit ipsam eandem assertionem pertinaciter defensare, licet in potestate ipsius tali modo coacti sit postea eandem haeresim minime defensare, et ideo talis cogens debet reputari pertinax haeresis defensator, licet coacti iurare nolint postea eandem heresim pertinaciter defensare sed volunt venire contra

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 71–72 sexta ... reputandus] *omitted* Fi Ly Vg 75 septima] sexta Fi Ly Vg 75–76 pertinaciter ... haeresim] *omitted* Ly 76 defendendam] *omitted* Fi Vg 76 haeresim] pertinaciter *added* Fi 76 defensari] defensare Ly Vg 77 teneri] tenere Ly 79–80 sed ... defensare] *omitted* Fi Ly Vg 81 et] *omitted* Vc 81 aliquam] aliam Vg; *omitted* Ly 85 mortale] *omitted* Ly 88–89 licet ... mortale] *omitted* Ly Vg 89 quis] *omitted* Ly Vg 91 respondetur] videtur Fi 91 posset] possit Ly Vg 94 quod] ad Ly Vg 95 haeretica] quod eam *added* Ly 97 coacti] iurare *added* Vc 98 ideo] immo Ly 99 nolint] nolit Fi, velint Ly 100 pertinaciter] minime Ly Vg

illicitum iuramentum. Cum vero dicis quod qui cogit alium et non ad peccatum mortale non committit peccatum mortale, hoc tibi negatur, quia potest quis peccare mortaliter etiam alium cogendo ad bonum. Nam qui cogit alium vovere castitatem vel paupertatem vel aliquid aliud supererogationis potest peccare mortaliter quia talia suaderi possunt, imperari non possunt. De talibus enim loquens Augustinus dicit quod nemo cogitur legibus bene facere sed male facere prohibetur. 105

Capitulum 26

Discipulus: Estne alius modus aliquem de pertinacia convincendi?

Magister: Nono potest de pertinacia et pravitate haeretica quis convinci si cogit aliquem veritatem catholicam abiurare aut poenis, minis vel praeceptis catholicam veritatem negare compellit. Quod enim cogens alios veritatem quamcunque catholicam abiurare pertinax et haeticus sit censendus ostenditur. Nam qui cogit alium veritatem catholicam abiurare cogit eundem haeresi contrariae irrevocabiliter adhaerere. Talis autem, sicut ex praecedenti capitulo apparet, est pertinax et haeticus. Ergo, etc. Et per eandem rationem ostenditur quod qui cogit alios minis poenis vel praeceptis aliquam veritatem catholicam negare est pertinax et haeticus iudicandus. 5 10

Discipulus: Potestne talis compellens per aliquam ignorantiam excusari, puta si credit quod assertio quam cogit alium abiurare vel negare sit haeretica? 15

Magister: Dicitur quod talis per nullam potest ignorantiam excusari, quia nullus valet absque temeritate quomodolibet attentare cogere alium iuramento, poenis, minis vel praeceptis aliquam assertionem abiurare vel negare nisi sit certus certitudine sufficienti quod non est consona veritati. De assertionem autem catholica nullus potest certitudinem habere talem quod non est consona catholice veritati. Ergo temerarie cogit alium abiurare vel nega- 20

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 102 non] omitted Fi 104 alium] omitted Ly Vg 1 26] 25 Fi Vg, 23 Ly 4 nono potest] potest octavo Ly 5 cogit] cogat Ly Vg 5 aliquem] aliquam Fi Vc 6 minis] omitted Fi Ly Vg 9 alium] aliquem Ly Vg 11 capitulo] omitted Fi Vg, added Vgm 11 haeticus] iudicandus added Fi Ly Vg 17 haeretica] haeticalis Ly Vg 20 aliquam] aliquem Vg 21–25 nisi ... negare] omitted Fi 22–23 veritati ... consona] omitted Ly Vg

Nonus modus, si cogit veritatem catholicam abiurare vel negare Ox

25 re eandem. Temeritas autem in hoc casu pertinaciae aequipollet.
Ergo talis est pertinax et haereticus reputandus.

Capitulum 27

Discipulus: Suntne plures modi de pertinacia quempiam convincendi?

5 **Magister:** De pertinacia et haeretica pravitate ille convincitur necessario qui abiurat catholicam veritatem vel iurat se quacun-
que assertionem quae est in rei veritate haeretica tanquam catholicam in perpetuum servaturum. Quod enim talis sit pertinax et haereticus reputandus tali ratione ostenditur. Qui firmat se
10 in proposito negandi assertionem quae est catholica vel tenendi assertionem quae est haeretica pertinax est censendus. Talis autem est ille qui abiurat veritatem quae est catholica vel iurat se servaturum assertionem quae est haeretica. Ergo pertinax est censendus.

15 Item errans contra fidem catholicam qui non est paratus corrigi pertinax et haereticus est censendus. Huiusmodi autem abiurans catholicam veritatem et qui iurat se haeresim defensurum vel qui assertioni quae est haeretica adhaerebit nec est paratus corrigi. Ergo pertinax et haereticus est censendus.

20 **Discipulus:** Nonne potest talis aliquo modo de pertinacia excusari?

Magister: Respondetur quod metu mortis vel gravium tormentorum potest a pertinacia et pravitate haeretica excusari, sed non a peccato mortali.

25 **Discipulus:** Videtur quod ignorantia talem poterit excusare. Ignorantia enim excusat a mendacio illum qui dicit falsum quod putat esse verum, ut Augustinus asserit, prout habetur 22, q. 2, c. *Is autem*. Ergo consimiliter ignorantia poterit excusare illum qui abiurat veritatem catholicam quam putat haeticam et illum qui iurat se tenere assertionem haeticam quam putat catholicam.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 25 eandem] eadem esse Vg 26 reputandus ■
iudicandus Ly Vg 1 27] 26 Fi Vg, 24 Ly 2 suntne] sunt Ly Vg 2 modi]
aliquem added Fi Ly Vg 2 quempiam] omitted Fi Ly Vg 7 enim] omnis
Fi Ly Vg 9 in] omitted Ly Vg 9 proposito] propositio Ly 12 ergo]
omitted Vg; igitur added Vgm 15 autem] est Fi Ly Vg 16 qui²] quod
Ly 17 nec] non Vg 19 nonne] non Vg 21 respondetur] respondeo Vg
26 prout] ut Ly Vg 26 q ... c] c 18 Ly 27 consimiliter] similiter Fi Ly
Vg

Decimus, si quis abiurat catholicam veritatem et iurat quamcumque assertionem haeticam se in perpetuum servaturum, nec excusat ignorantia vel metus
Ox

Magister: Respondetur tibi quod potest excusari aliquis a mendacio qui tamen a temeritate nullatenus excusatur, teste Augustino **text?** qui ut, allegas, ait, “Nemo mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat verum, quia, quantum in ipso est, non fallit ipse sed fallitur. Non itaque mendacii sed aliquando temeritatis arguendus est qui falsa incaute credit ac pro veris habet.” Sic abiurans et similiter iurans modo praedicto a mendacio poterit excusari sed a temeritate minime excusatur. Et ideo nec a pertinacia poterit excusari. Potest enim pertinacia absque mendacio reperiri, sicut in his qui sunt nescienter haeretici reperitur. Tales enim cum putent esse vera quae dicunt minime mentiuntur et tamen pertinaces censentur quia nequaquam corrigi sunt parati.

Capitulum 28

Discipulus: Ad alium modum de pertinacia errantem convincendi procede.

Magister: Undecimo est quis de pertinacia convincendus si errans contra fidem persequitur vel molestat aut impedit veritatem catholicam defendentes aut pravitatem haeticam impugnantes. Quod enim tales sint pertinaces et haeretici reputandi tali ratione probatur. Qui declarationem catholicae veritatis et detectionem haeticae pravitatis satagit impedire non est paratus corrigi, nec quaerit cauta sollicitudine veritatem, et per consequens pertinax et haeticus est censendus. Sed errans qui persequitur aut molestat vel impedit veritatem catholicam defendentes et pravitatem haeticam impugnantes declarationem veritatis catholicae et detectionem haeticae pravitatis satagit impedire. Ergo talis est pertinax et haeticus reputandus.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 30 respondetur] respondeo Ly Vg 32 qui ut] Vg: ubi qui Fi Ly Vc 32 allegas] allegans Fi 33 putat] esse added Fi 33 quia] qui Vc 33 in ... est] est in ipsum Vg 34 itaque] ita Ly Vg 35 ac] aut Ly Vg 36 et] omitted Fi Ly Vg 36 a] omitted Vg 39–40 sicut ... putent] omitted Vg; praeter in his qui sunt nescienter haeretici reperitur tales enim cum putant added Vgm 40 putent] putant Ly 41 pertinaces] dicuntur seu added Fi Ly Vg 1 28] 27 Fi Vg, 25 Ly 2–3 de ... convincendi] convincendi errantem de pertinacia Fi 4 undecimo] decimo Ly 5 persequitur] prosequitur Ly Vg 7 enim] ut Vc 8–9 detectionem] damnationem Ly, deceptionem Fi Vg 10 cauta] quanta Vg 11 et haeticus] omitted Ly 11 persequitur] prosequitur Ly Vg 14 detectionem] damnationem Ly, deceptionem Fi Vg 15 et] omitted Vg

Undecimus modus pertinaciae, si errans contra fidem persequitur vel molestat veritatem catholicam defendentes, et probatur quare nec est petendum quod huiusmodi faciant miracula Ox

Item, errantes contra fidem qui damnabiliter veritati resistunt sunt pertinaces et haeretici iudicandi quia reprobi circa fidem sunt inter pertinaces et haereticos computandi. Huiusmodi sunt errantes qui damnabiliter veritati resistunt, teste Apostolo 2 ad
 20 Timotheum 3, qui de talibus ait, “Quemadmodum autem Iambres et Mambres restiterunt Moysi ita et hi resistunt veritati homines corrupti mente reprobi circa fidem.” Sed qui persequuntur aut molestant vel impediunt veritatem catholicam defensantes et pravitatem haereticam impugnantes damnabiliter veritati resistunt.
 25 Ergo si errant pertinaces et haeretici sunt censendi.

Confirmatur haec ratio quia magis delinquunt qui catholicae veritati resistunt quam qui resistunt publicae potestati. Sed secundum Apostolum ad Romanos 13 c. “Qui resistit potestati Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt.”
 30 Ergo multo magis qui catholicae veritati resistunt sibi damnationem acquirunt; sed non nisi per pertinaciam, quia non pertinaciter resistere veritati damnabile non videtur. Ergo tales pertinaces et haeretici sunt censendi.

Item, eadem ratio confirmatur quia non minus peccat qui catholicae veritati resistit et credit haereticae pravitati quam qui non acquiescit veritati et credit iniquitati. Qui autem non acquiescit veritati et credit iniquitati peccat mortaliter, teste Apostolo ad Romanos 2, qui ait, “His autem qui sunt ex contentione et qui non acquiescunt veritati credunt autem iniquitati ira et indignatio,
 40 tribulatio et angustia.” Ergo qui catholice veritati resistit et credit haereticae pravitati peccat mortaliter, sed non sine pertinacia. Ergo talis pertinax et haereticus est censendus.

Amplius, Christiani qui propter persecutionem quam inferunt defendentibus catholicam veritatem et impugnantibus haereticam pravitatem sunt peiores his qui carnali immundicia sunt infecti
 45 sunt pertinaces et haeretici reputandi, quia pravitas peccati eo-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 17 circa] contra Ly Vg 18 sunt¹] et added Ly Vg 19 ad] omitted Vc 20 autem] omitted Ly Vg 20 iambres] iamnes Vg 21 restiterunt] resistunt Vc, resisterunt Vg 21 et²] omitted Vc 28 ad] omitted Vc 28–29 dei ... sibi] omitted Fi 28 dei] omitted Vg, added Vgm 29 damnationem] damna Vg 30–31 sibi ... acquirunt] qui autem veritatem catholicam declarari et pravitatem haereticam reprobare impediunt catholicae veritati resistunt ergo sibi damnationem acquirunt added Vc 31 per] propter Fi Ly Vg 35 credit] accedit Vg, adhaeret Fi, acquiescit Ly 38 sunt] omitted Ly Vg 39 credunt] credant Vg 39 autem] omitted Ly Vg 39 et] omitted Ly 39 indignatio] et added Fi 41 non] est added Ly Vg 46–50 sunt ... maculatis] illa patet Fi Ly Vg

rum ad aliud genus peccati quam infidelitatis, heresis vel pertinaciae reduci non potest. Sed Christiani persequentes illos qui veritatem catholicam defensare nituntur et pravitatem haereticam satagunt impugnare sunt peiores peccatis carnalibus maculatis, quia non sunt minus mali quam illi qui praedicatores veritatis audire recusant; qui tamen recusantes veritatis praedicatores audire peiores sunt illis qui peccatis carnis sunt infecti, veritate ipsa testante, quae ait praedicatoribus evangelicae veritatis Matthaei 10 c., “Quicumque non receperit vos nec audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel de civitate excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilius erit terrae Sodomorum et Gomorreorum in die iudicii quam illi civitati.” Ergo qui declarationem catholicae veritatis et detectionem haereticae pravitatis impediunt pertinaces et haeretici sunt censendi.

Discipulus: Ista ratio non videtur apparentiam habere nisi de apostolis et praedicatoribus miracula facientibus, quia veritas ipsa apostolis facturis miracula loquebatur. Et ideo qui impugnaret veritatem catholicam defendentes et pravitatem haereticam reprobantes quorum sermones et assertiones Deus miraculis confirmaret esset peior enormibus peccatoribus iudicandus, non autem qui impugnat alios miracula minime facientes.

Magister: Istam objectionem sive responsionem alii evacuare conantur, dicentes quod non minoris auctoritatis est confirmatio veritatis catholicae per Scripturam Sacram quam per operationem miraculi, ita ut qui non credit Scripturae Divinae nec operationi miraculi per fidem firmiter adhaereret, ipso Abraham attestante, qui diviti epuloni petenti operationem miraculi, scilicet mortui suscitationem, propter fratres suos ad poenitentiam inducendos, sicut habetur Lucae 16, ait, “Si Moysen et Prophetas non audiunt

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 55 audierit] audiet Vg 56 pulverem] pulvorem Ly 57 erit] est Vc 59 catholicae] omitted Fi Ly Vg 59 detectionem] deceptionem Fi 60 censendi] et pro tanto verum est quia gravitas peccati eorum non posset ad aliud genus peccati reduci quam infidelitatis seu haeresis aut pertinaciae added Fr; quia pravitas peccati eorum ad aliud genus peccati quam infidelitatis haeresis vel pertinaciae non poterit reduci added Fi Ly Vg 63 apostolis ... miracula] omitted Vg, added Vgm 64 et] omitted Vg 64–65 reprobantes] impugnantes Fi Ly Vc Vg 65 assertiones] operationes Ly Vg 65 miraculis] mirabiliter Vg 67 alios] alias Vg 69 non] est added Fi 70 per²] omitted Vg 72 adhaereret] Ba: adhaeret Fi Ly Vc Vg 72 attestante] testante Ly Vg 73 qui] quasi Vg 74 suscitationem] resurrectionem Ly Vg, resuscitationem Fi 74 suos] omitted Fi Ly Vg 75 sicut] sic Ly Vg 75 habetur] omitted Ly Vg 75 16] 18 Ly

neque si quis ex mortuis resurrexerit credent ei.” Hoc etiam Innocentius 3 sentire videtur, qui, ut habetur Extra, *De haereticis c. Cum ex iniuncto*, affirmat quod sicut ad probandum invisibilem missionem a Deo sufficit operatio miraculi ita etiam sufficit
 80 testimonium Scripturae, dicens in haec verba, “Oportet quod affirmet illam invisibilem missionem per operationem miraculi vel per Scripturae testimonium speciale.” Ergo consimiliter ut veritatis catholicae defensores et impugnatores haereticae pravitatis nullatenus molestentur sufficit eis suas assertiones Scripturae
 85 testimoniis confirmare absque operatione miraculi. Unde tempore Antichristi electi miracula minime sunt facturi, sed loco miraculorum Scripturae testimoniis fulcientur.

Discipulus: Alio modo videntur omnes rationes praedictae posse infringi. Nam catholicam veritatem defensare et pravitatem
 90 haeticam impugnare ad doctorum spectat officium, ut habetur Extra, *De haereticis, c. Cum ex iniuncto*. Sed ut habetur ibidem, “Cum doctorum ordo sit quasi praecipuus in ecclesia non debet sibi quisquam indifferenter praedicationis officium usurpare.” Ergo licite contingit veritatem catholicam defensantes et pravitatem
 95 impugnantem haeticam impedire, et per consequens tales impediens non sunt propter hoc pertinaces nec haeretici iudicandi

Magister: Praedictis videtur assertoribus quod rationes eorum nequaquam intelligis. Non enim intendunt ut asserunt quod quilibet possit sibi indifferenter doctoris officium assumere, sed affirmant quod nullus propter hoc quod veritatem confitetur catholicam et haeticam reprobat pravitatem est quomodolibet mole-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 76 resurrexerit] resurrexit Ly Vg
 76 hoc etiam] hinc Fi Ly Vg 77 3] hoc added Ly Vg; hoc idem added Fi 77 qui] omitted Ly 78 sicut] sic Ly 79 missionem] visionem Ly Vc Vg 79 miraculi] et added Ly Vc 80 scripturae] omitted Fi Ly Vg 80 verba] non sufficit cuiquam tantum asserere quod ipse sit missus a deo cum hoc quilibet haeticus assereret sed added Fr 80 quod] omitted Ly 81 missionem] omitted Fi Ly Vg 81 per] omitted Ly Vg 81 miraculi] miraculo Ly 84 scripturae] omitted Ly Vg 85 unde] et added Fi Ly Vg 86–87 miraculorum] miraculi Fi Ly Vg 92 quasi] omitted Ly Vg 93 praedicationis] praedicatoris Ly Vg 94 contingit] convenit Ly Vg 96 iudicandi] et potest sic formari ratio omnis usurpans officium sibi non debitum peccat et est merito reprehensibilis et impediendus, ergo nullus talem impediens peccat aut est haeticus iudicandus, sed omnis non doctor assumens officium praedicationis seu defensionis veritatis vel impugnationis haereticae pravitatis usurpat officium sibi non debitum, ergo omnis talis non doctor sic peccans est reprehensibilis et impediendus, ergo talem impediens non est haeticus iudicandus added Fr 97 assertoribus] assertionibus Vg 99 possit sibi] sibi posset Ly Vg

standus, licet quis possit merito molestari si ubi non debet aut quando non debet vel coram quibus non debet aut quovis alio modo quam debet confiteretur catholicam veritatem vel pravitatem haereticam impugnaret. De illis igitur persequentibus intendunt principaliter, qui ideo alios persequuntur quia suis falsis assertionibus adversantur, quia, debitis circumstantiis observatis, quilibet Christianus debet libertatem habere veritatem defendere et confiteri catholicam et pravitatem haereticam detestari. Nec propter hoc debet persecutionem aliquam a catholicis sustinere, et qui propter hoc alicui persecutionem infert esset inter haereticos computandus.

Capitulum 29

Discipulus: Satis audivi de isto modo errantem de pertinacia convincendi, et ideo alium modum expone.

Magister: Duodecimo est quis de pertinacia convincendus si errans contra fidem catholicam correctioni et emendationi illius vel illorum cuius vel quorum interest subicere se recusat. Hoc tali ratione probatur. Ille qui iudicium subterfugit pro nocente debet haberi, teste Bonifacio papa, qui, ut habetur Extra, *De praesump-*

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 102 quis possit] posset quis Ly 102 si] sed Vg, scilicet Ly 103 debet¹] habet Vg 103 vel ... debet²] omitted Ly 104 confiteretur ... veritatem] veritatem confiteri catholicam Vg, catholicam veritatem confiteri Ly 105 impugnaret] impugnare Ly Vg 105–106 intendunt] intendit Ly 106 qui] et Ly Vg 106 alios] omitted Ly 106 persequuntur] sequitur Ly, sequuntur Vg 106 quia] et Ly Vg 107 quia] omitted Vg 108 debet] omitted Vg 108 libertatem habere] haberet libenter Vg 109 et¹] id est Fi Ly Vg 110 et] omitted Ly Vg 111 infert] inferret Ly 111–112 esset ... computandus] computandus esset inter haereticos, unde et in ipsa veritas praedicatione et defensione vel etiam pravitatis haereticae impugnatione possunt duo considerari et attendi, primum est actus praedicationis seu assertionis vel confessionis ipsius veritatis aut detestationis falsitatis, qui semper in se bonus est ne unquam de per se potest alicui fore causa mali, secundum est officium ipsius praedicationis veritatis vel detestationis haereticae pravitatis, quod praelationi cuiuslibet annexum est de iure et ad doctores pertinet communiter ex dei generali commissione, ad alios vero nisi in necessitate non convenit et debitis circumstantiis observatis, quibus omissis tales officii sibi non debiti potius sunt dicendi praesumptores a praelatis quibus congruit merito repellendi, et per hoc totaliter tua secunda tollitur obiectio Fr 1 29] 28 Fi Vg, 26 Ly 4 duodecimo] undecimo Ly 6 se] omitted Vg, added Vgb 7 subterfugit] subfugit Vg 7 nocente] nocenti Ly Vg

Si errans contra fidem recusat se subicere iudicio illorum quorum interest, et sic papa impediens generale concilium pertinax et haereticus est censendus Ox

10 *tionibus c. Nullus dubitat*, ait, “Nullus dubitat quod ita nocens
iudicium subterfugit quemadmodum ut absolvatur qui est inno-
cens quaerit.” Cui concordat Pelagius papa, qui, ut habetur 11,
q. 1, c. *Christianis*, ait, “Qui iudicium refugit apparet eum de
iustitia diffisum.” Hoc etiam ex auctoritate Bonifatii papae quae
15 ponitur 3, q. 9, c. *Decernimus* et ex verbis Gregorii quae ponun-
tur dist. 74, c. *Honoratus* colligitur evidenter. Errans igitur contra
fidem qui iudicium subterfugit pertinax et haereticus est censend-
us. Qui autem correctioni et emendationi illius vel illorum cuius
vel quorum interest subicere se recusat iudicium subterfugit. Ergo
pertinax et haereticus est censendus.

20 **Discipulus:** Ista ratio videtur procedere de vocato ad iudicium
et se per contumaciam absentante de aliis nihil probare videtur.

Magister: Non solum de vocato ad iudicium se per contu-
maciam absentante sed etiam de impediente ne fiat iudicium ut
dicunt isti concludit ratio supra dicta. Quia sicut ille non est im-
25 munis a crimine qui iustitiam fieri nititur impedire quamvis ad
iudicium minime sit vocatus, ut habetur Extra, *De officio et pote-
state iudicis delegati*, c. 1, ita errans contra fidem et ne de errore
suo fiat iudicium impediens non potest a crimine excusari. Sed
istud crimen non videtur aliud quam pertinacia. Ergo talis est
30 merito pertinax iudicandus.

Item errans contra fidem qui non est paratus corrigi nec quaerit
cauta sollicitudine veritatem est pertinax et haereticus iudicandus,
ut ex verbis Augustini quae ponuntur 24, q. 3, c. *Dixit aposto-
lus* colligitur evidenter sed qui correctioni et emendationi illorum
35 quorum interest subdere se recusat impediens quoquomodo ne er-
ror suus rite et legitime examinetur quamvis non sit vocatus ad
iudicium non est paratus corrigi nec quaerit cauta sollicitudine
veritatem. Ergo pertinax et haereticus est censendus.

Amplius, ipsa veritate testante ut habetur Iohannis 3 c., “Qui

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 9 nullus dubitat²] *omitted* Fi 12 christianis]■
christianus Ly Vg 13 iustitia] iniustitia Vg 13 diffisum] *diffi gap* Fi, di-
visum Ly, difinu Vg 13 quae] qui Ly 14 decernimus] determinamus Fi
Ly Vg 15 honoratus] honorato Vc, honoramus Ly 20 discipulus] magi-
ster Fi 21 absentante] absente et Vg; et *added* Ly 22 iudicium] et *added*
Ly Vg 23 absentante] absente Vg 21–23 de... absentante] *omitted* Fi
24 concludit] autem Fi, convincit Ly 24 supra] sua Vg 29 crimen] ti-
bi Vg 29 videtur] tibi *added* Ly 32 cauta] quanta Vg 34 sed] quod
Ly Vg 34 emendationi] illius vel *added* Ly 34 illorum] cuius vel *added*
Ly 37 cauta] quanta Vg 38 et] *omitted* Ly Vg 39 ipsa] *omitted* Ly Vg
39 ut] *omitted* Vg

male agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius.” Ex quibus verbis colligitur quod qui non venit ad lucem ut non arguantur opera eius male agit. Nam si non male ageret faceret veritatem. Si autem faceret veritatem veniret ad lucem, ibidem veritate dicente, “Qui autem facit veritatem venit ad lucem”. Errans igitur contra fidem si non venit ad lucem districti iudicii et clari examinis illorum quorum interest illuminare errantem male agit. Ista autem malicia non est nisi pertinacia. Ergo talis pertinax et haereticus est censendus. 40 45

Discipulus: Per istam rationem apparet quod omnis errans nisi statim veniat ad lucem petens suam assertionem per illos quorum interest examinari et discuti est pertinax reputandus. Quod nimis videtur durum quia multos theologos crimine pertinaciae implicaret. 50

Magister: Sicut scis, praecepta affirmativa obligant semper sed non pro semper. Et ideo errans quamvis teneatur venire ad lucem iusti iudicii non tamen pro omni tempore ad hoc tenetur. Sed non impedire iudicium fieri cum sit negativum pro omni tempore obligat. Et ideo ille dicendus est venire ad lucem qui paratus est venire ad lucem quando expedit et oportet. Et ideo licet non omni tempore veniat ad lucem petendo suam assertionem discuti diligenter non est pertinax reputandus sed quancumque ne assertio sua arguatur nititur impedire ne ad examen debitum deducatur est dicendus odire lucem ut non arguatur assertio eius, et ideo tunc est merito pertinax iudicandus. Ex praedictis isti inferre conantur quod si papa aliquam haeresim dogmatisat et impedit generale concilium celebrari ne sua assertio discutiatur pertinax et haereticus est censendus. 55 60 65

Capitulum 30

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 41–42 ex ... eius] *omitted* Fi 41 verbis] *omitted* Ly Vg 41 qui] *omitted* Vg, *added* Vgm 44 facit] ad *added* Fi 44 veritatem] *omitted* Vg 45 districti] discreti Vg 45 iudicii] *omitted* Fi Ly Vg 46 interest] sic *added* Fi 51 pertinax] et haereticus *added* Fi Ly Vg 52 crimine] cise Vg 55 pro] ad Vg 57 sit] videlicet *added* Vg; praeceptum *added* Ly 58 et ... lucem] non dicendus est Vg, non differendum autem Ly 59 est] *omitted* Vg 61 quancumque] quando Fi 63 dicendus] habendus Fi Ly Vg 63–64 ut ... iudicandus] *omitted* Fi Ly Vg 65 si] ubi Ly Vg 65 et] vel Fi Ly Vg 1 30] 29 Fi Vg, 27 Ly

Decimus tertius, si errans contra fidem de veritate renuit damnabiliter informari, et ponitur circa hoc distinctio si verum sit vel non scandalum Ox

Discipulus: Si aliter potest errans de pertinacia convinci non differas declarare.

Magister: Decimotertio potest quis convinci pertinax ut non-
5 nulli dicunt si de veritate damnabiliter renuit informari. Ad cuius
evidentiam distinguunt dicentes quod aut errantis assertio tan-
quam haereticalis reprehenditur a peritis et de cuius dogmatisa-
tione scandalum est ortum aut nequaquam reprehenditur a peritis
nec de eius dogmatisatione scandalizantur fideles.

10 In secundo casu quamvis interdum de veritate renuens infor-
mari apud Deum pertinax et haeticus habeatur tamen in foro
ecclesiae non videtur quod sit haeticus iudicandus et licet po-
stea tanquam haeresis eadem assertio damnaretur.

15 In primo casu dicunt quod renuens de veritate informari etiam
in foro Ecclesiae est pertinax et haeticus reputandus. Quod mul-
tis rationibus probare nituntur. Quarum prima est. Contra fidem
errans qui non est paratus corrigi nec quaerit cauta sollicitudine
veritatem est pertinax et haeticus iudicandus 24, q. 3, c. *Dixit*
apostolus. Qui autem de veritate renuit informari si eius error
20 reprehenditur a peritis non est paratus corrigi nec quaerit cauta
sollicitudine veritatem ergo pertinax et haeticus est censendus.

Discipulus: Ista ratio videtur concludere etiam de illo qui de
veritate renuit informari cuius opinio non reprehenditur a peritis
et de qua opinione nullum scandalum est exortum quia talis non
25 quaerit cauta sollicitudine veritatem.

Magister: Ad hoc respondetur quod ratio praedicta de tali non

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 4 decimotertio] duodecimo Ly;
omitted Vc 8 scandalum ... ortum] scandalizantur fideles Fi Vg, scandali-
zantur fideles Ly 9 scandalizantur fideles] aliquod scandalum est exortum Fi
Ly Vg 10–11 renuens informari] *omitted* Fi Ly Vg 11 et haeticus] *omit-*
ted Ly Vg 12 et] *omitted* Fi Ly Vg 12 licet] sed licet Fi 14 etiam] et Fi
16 est] haec *added* Fi Ly Vc 17 cauta] quanta Vg 18 24] 23 Ly 18 3]
1 Fi Ly Vg 19 qui] quia Fi Vg 19 eius error] error eius Fi 19 eius]
omitted Vg 20 reprehenditur] reprehenditur Fi Ly Vg 20 peritis] et *ad-*
ded Ly Vg 20 cauta] quanta Vg 21 ergo] *omitted* Ly 22–25 videtur ...
veritatem] tam bene concluderet ut videtur de secundo casu sicut de primo
omnis taliter errans ut dictum est in casu peccat contra fidem et apud deum
censetur haeticus nec apparet unde paratus sit corrigi Fr 23 opinio] etiam
added Fi 23 reprehenditur] reprehenderetur Ly Vg 24 opinione] opera-
tione Vc 25 cauta] tanta Vg 26–30 ad ... veritatem] Non bene attendisti
ad differentiam assignatam inter dictos duos modos, Quamvis enim errans se-
cundo modo quandoque censeatur haeticus apud Deum, non tamen etiam
forum ecclesiae in quo omnis ille praesumitur paratus corrigi ac etiam cauta
sollicitudine quaerere veritatem Fr

concludit quia ille praesumitur paratus corrigi et etiam cauta sollicitudine quaerere veritatem quando non apparet quod damnabiliter negligit corrigi nec apparet quod sui erroris amore omittit quaerere veritatem. 30

Talis autem est ille de cuius opinione nullum est scandalum exortum nec eius opinio tanquam haereticalis reprehenditur a peritis. De illo autem cuius opinio tanquam haereticalis reprehenditur a peritis et de qua scandalum est exortum si quando oportet et ubi oportet aut sicut oportet non quaerit cauta sollicitudine veritatem est violenta praesumptio quod nollet veritatem suae opinioni contrariam declarari sed magis vellet opprimi veritatem. Quia si teste Innocentio papa ut habetur dist. 83, c. *Error*, “Veritas, cum minime defensatur, opprimitur” multo magis cum veritas minime quaeritur quando quaeri debet opprimitur. Oppressor autem veritatis catholicae pertinax et haereticus est censendus. 35 40

Secunda ratio est haec. Magis vel non minus delinquit qui seipsum cum potest et debet ab errore non revocat quam qui alios cum potest et debet ab errore non revocat. Sed qui alios cum potest et debet ab errore non revocat inter errantes damnabiliter computatur secundum quod sacri canones testantur aperte. Ergo qui seipsum cum potest et debet ab errore non revocat inter errantes damnabiliter numeratur. Sed errans de cuius errore scandalum est exortum et qui tanquam haereticus reprehenditur a peritis si de veritate renuit informari seipsum cum potest et debet ab errore non revocat. Ergo inter errantes damnabiliter est censendus. Talis autem est pertinaciter errans quia errare absque pertinacia errantem non reddit damnabilem. Talis ergo pertinax et haereticus est censendus. 45 50

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 27 praesumitur] esse added Ly 27 cauta] quanta Vg 28–29 damnabiliter] velit corrigi vel added Fi; nolit corrigi vel added Ly Vg 29 negligit] negligat Ly 29 nec] ut Fi 29 apparet] ex added Fi Ly Vg 29 omittit] omittat Fi Ly Vg 32 exortum] omitted Fi Ly Vg 33–34 de ... peritis] ille autem qui a peritis reprehenditur et de cuius dogmatizatione Ly; omitted Vc Vg 34 et¹ ... qua] omitted Ly 34 et¹] omitted Fi Vg 34 exortum] ortum Vc 34 oportet] et quomodo oportet added Ly; et quando oportet added Vg 34 et²] omitted Vg 35 ubi] quod sicut Vg 35 aut ... oportet²] omitted Ly Vg 35 cauta] quanta Vg 36 veritatem] omitted Fi 38 83] 93 Fi; 3 added Ly 38 c] omitted Fi Ly Vc Vg 38 error] omitted Fi Ly Vc; sed Vg 42 qui] cum Fi 43–44 quam ... revocat] omitted Fi 43 quam] sed Vg 44–45 sed ... revocat] omitted Vg 45 et debet] omitted Ly 45–46 computatur secundum] omitted Fi 46 secundum quod] numeratur ut Ly 46 quod] omitted Fi 52 pertinaciter] pertinax Ly

55 Tertia ratio est haec. **Cf. 3.1 Dial., 3.26** Qui inique opiniones
 haereticas et impias sapit est pertinax reputandus quia absque
 pertinacia nemo opiniones impias inique sapit. Qui enim absque
 pertinacia sapit opiniones impias quamvis sapiat impia non ta-
 60 de veritate renuit informari inique impia sapit, teste Leone papa,
 qui, ut habetur 24, q. 3, c. *Quid autem iniquius*, ait, “Quid autem
 iniquius est quam impia sapere et sapientibus doctoribusque non
 credere. Sed in hanc insipientiam cadunt qui, cum ad veritatem
 cognoscendam aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas
 65 voces, non ad apostolicas litteras nec ad evangelicas auctori-
 tates, sed ad semetipsos recurrunt.” Ex his verbis colligitur quod
 qui impia sapit et non credit sapientibus nec ad scripturas re-
 currit autenticas iniquissimus est censendus. Sed qui de veritate
 renuit informari non credit sapientibus nec ad scripturas recurrit
 70 autenticas. Ergo talis iniquissimus et per consequens pertinax est
 censendus.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 58 impias] *omitted* Vg, *added*
 Vgm 60 impia] *impie* Vg 61 qui] *omitted* Fi, *added* Fim 61 quid¹] qui
 Fi Vg 61 iniquius] *iniquus* Fi Vc Vg 61 quid²] qui Vg 62 iniquius] *ini-*
 quus Fi Vg 62 est] *omitted* Fi Ly Vc Vg 62 quam] et Vg 62 sapientibus
 doctoribusque] *sapientioribus doctoribus* Vc, *doctoribus sapientibus* Ly Vg
 63 cadunt] *cadit* Fi 63 qui] *quod* Vg 63 cum] *tamen* Vg, *nec* Ly 64 cognoscendam] ■
 agnoscendam Fi Ly Vg 64 obscuro] *obstaculo* Ly Vg 64 non] *nec* Fi Ly
 Vg 65 non] *nec* Ly Vc Vg 66 semetipsos] *se ipsos* Vg 66 colligitur]
evidenter added Fi Ly Vg 67 sapit] *omitted* Fi 68 autenticas] *omitted*
Check Vc 68 iniquissimus] *nequissimus* Fi Ly Vg 70 iniquissimus]
nequissimus Fi Ly Vg

Quarta ratio est haec Qui ideo magister erroris existit quia non vult esse discipulus veritatis est pertinax reputandus. In tali enim ultra ignorantiam intellectus in voluntate malitia invenitur. Ista autem malitia voluntatis vel est pertinacia vel non est sine pertinacia. Sed errans qui cum potest et debet de veritate renuit

75

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 72–79 quarta ... censendus] Quarta ratio est haec. Omnis errans qui, cum potest et debet, renuit informari de veritate est non volens audire veritatem. Et omnis non volens audire veritatem non est discipulus veritatis. Omnis vero non discipulus veritatis est magister erroris per decretum positum in ratione tertia praecedente immediate et 2, q. 7, c. Nos. Sed si omnis magister erroris est pertinax est haereticus censendus, ergo de primo ad ultimum omnis errans contra fidem qui, cum debet et potest, renuit informari de veritate pertinax est et haereticus censendus. Consequentia pro tanto valet in proposito, quia ex ea formari possunt plures formae syllogisticae in barbara evidentes, iuxta numerum mediorum. Prima forma erit ista. Omnis magister erroris est pertinax et haereticus censendus, sed omnis non discipulus veritatis est magister erroris, ergo omnis non discipulus veritatis est pertinax et haereticus censendus. Secunda forma erit ista. Omnis non discipulus veritatis est pertinax et haereticus censendus, sed omnis non volens audire veritatem est non discipulus veritatis, ergo omnis non volens audire veritatem est pertinax et haereticus censendus. Tertia forma erit ista. Omnis non volens audire veritatem est pertinax et haereticus censendus, sed omnis errans contra fidem qui, cum debet et potest, renuit informari de veritate est non volens audire veritatem, ergo omnis errans contra fidem qui, cum potest et debet, renuit informari de veritate est pertinax et haereticus censendus. Quae sit conclusio prima et principaliter intenta, bene conclusa et vera si praemissae omnes harum trium formarum verae sunt. Quod facillime videbitur, et primum potissime de maiore primae formae, si per "erroris magistrum" intelligamus habituum in errore per depositionem cuiuslibet habitus contrarii. Omnis enim talis est pertinax, sicut ex descriptione habitus et pertinaciae deduceretur. Et patet ex aliquo, quia in omni tali magistro erroris ultra ignorantiam intellectus reperitur malitia in voluntate. Illa autem malitia voluntatis vel est pertinacia vel non est sine pertinacia. In reliquis vero praemissis termini omnes vel sunt privatim vel privative oppositi vel convertibiles seu aequipollentes vel modum superiorum vel inferiorum se habentes. Modo quia inter privative opposita, semper supposita constantia substantii et circa substantium aptum natum ac in tempore determinato, nullum cadit medium, sicut ab uno privative oppositorum affirmato ad reliquum negatum et econtra, vel ab affirmatione inferioris convertibilis vel aequivalentis ad affirmationem superioris convertibilis vel aequivalentis ac a negatione superioris convertibilis vel aequivalentis ad negationem inferioris convertibilis vel aequivalentis valet semper consequentia. Item alterum privative oppositorum non negatum de reliquo negato et negatum de non negato, superius quoque aut convertibile seu aequivalens de inferiori convertibili vel aequivalenti affirmative, atque inferius negatum, sicque convertibile aut aequivalens, de superiori convertibili seu aequivalentis negatis semper vere praedicatur Fr 72 haec] hoc Vc 72 ideo] est added Vg 73 non] si Fi 73 veritatis] per consequens added Ly 75 voluntatis] in voluntate Vc 75 sine] omitted Vc

informari ideo magister erroris existit quia non vult esse discipulus veritatis. Qui enim non vult veritatem audire non vult esse discipulus veritatis. Ergo talis pertinax est censendus.

Capitulum 31

Discipulus: Nunquid est alius modus errantem de pertinacia convincendi ?

5 **Magister:** Decimoquarto potest de pertinacia quis convinci si verbis vel factis protestatur se assertionem suam quae est haereticalis minime revocaturum quia talis non est paratus corrigi. Et per consequens pertinax est censendus.

Discipulus: Dic alium modum.

10 **Magister:** Decimoquinto convincitur quis errans de pertinacia et haeretica pravitate si in favorem haereticae pravitatis prohibet legi scripturas catholicas vel prohibet praedicari aut publicari catholicas veritates quia talis est defensor haereticae falsitatis et oppressor catholicae veritatis.

15 **Discipulus:** Estne alius modus convincendi errantem de pertinacia ?

Magister: Decimosexto convincitur quis de pertinacia qui in defensione haereticae pravitatis novos errores fingit et defendit quia talis non est paratus corrigi nec quaerit cauta sollicitudine veritatem. Ergo pertinax est censendus.

Capitulum 32

Discipulus: Alium modum vellem audire.

Magister: Decimoseptimo secundum nonnullos potest specialiter papa convinci de pertinacia et haeretica pravitate si errorem

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 79 talis] *omitted* Ly Vg 79 censendus] ■
reputandus Ly 1 31] 30 Fi Vg, 28 Ly 4 decimoquarto] tredecimo Ly
Vc 9 decimoquinto] quartodecimo Ly Vc 10 prohibet] prohiberet Ly
11 catholicas¹] aliquas Fi 11 prohibet] prohiberet Ly 12 talis] et alias
Vg 12 falsitatis] pravitatis Ly Vg 14 convincendi] aliquem *added* Ly
Vg 16 magister] discipulus Ly Vg 16 decimosexto] quintodecimo Ly
Vc 17 et defendit] *omitted* Fi Ly Vg 18 cauta] quanta Vg 1 32] 31
Fi Vg, 29 Ly 3 decimoseptimo ... nonnullos] dicunt nonnulli quod deci-
mosexto Ly Vc, dicunt nonnulli quod decimoseptimo Fi, dicunt nonnulli quod
gap Vg 4 convinci] scilicet *added* Ly Vg 4 errorem] errantem Fi; quem
added Ly

Explicantur modi pertinaciae decimus quartus, decimus quintus etc Ox Decimus septimus modus pertinaciae, si papa errorem contra fidem defendit soleniter et a Christianis asserit tenendum tamquam catholicum Ox

contra fidem diffinit solenniter et a Christianis assertit tanquam 5
 catholicum esse tenendum. Quod enim talis Papa sit haereticus
 reputandus probatur primo sic. Qui artat alios ad errorem per-
 tinaciter defendendum est pertinax reputandus. Hoc ex superio-
 ribus colligitur evidenter. Sed papa solenniter aliquem errorem 10
 diffiniens esse catholicum artat christianos quantum in eo est ad
 errorem pertinaciter defendendum et servandum. Quia sicut consti-
 tutio sedis apostolicae legitime facta omnes astringit, ut habe-
 tur Extra, *De constitutionibus*, c. ultimo, *Quoniam constitutio*, ita
 papa vel gerens se pro papa diffinitive pronuntians haereticam 15
 assertionem esse tenendam quantum in ipso est omnes astringit
 ad eandem assertionem haereticam irrevocabiliter tenendam et
 defendendam. Ergo pertinax et haereticus est censendus.

Secundo sic ille qui per se vel per alios persequitur punit vel
 molestat veritatem catholicam confitentes et pravitatem haereti- 20
 cam detestantes est pertinax et haereticus reputandus. Haec in
 superioribus est fundata. Papa autem qui solenniter diffinit ali-
 quam assertionem quae est haeretica esse tenendam per se et per
 alios quantum in ipso est persequitur, punit et molestat catholicam
 veritatem contrariam defensantes et pravitatem haereticam dete- 25
 stantes cum quantum in ipso est per suam constitutionem omnes
 contradicentes reddat anathemate dignos. Nicolao papa in univer-
 sali synodo residente testante, qui, ut habetur 25, q. 2, c. *Si quis*,
 ait, “Si quis dogmata, mandata, sanctiones, interdicta vel pro ca-
 tholica fide decreta vel ecclesiastica disciplina, pro correctione 30
 imminentium vel futurorum malorum a sedis apostolicae prae-
 sule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.” Catholi-

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 5 et] *omitted* Ly Vg 5 tanquam] *omitted* Fi 7 sic] quia *added* Fi Ly Vg 8 reputandus] *omitted* Fi Ly Vg 9–10 aliquem ... diffiniens] diffiniens aliquem errantem Fi 9 errorem] errantem Fi Vg 10 christianos] catholicos Fi Ly Vg 10–11 ad errorem] ad errantem quantum in eo est Fi 11 errorem] errantem Fi 13 quoniam constitutio] *omitted* Fi Vg 14 diffinitive] diffinens Fi 15 ipso] se Vc 18 sic] *omitted* Vg 18 persequitur] prosequitur Ly Vg; *omitted* Vc 22 et] vel Fi Ly Vg 23–25 persequitur ... est] *omitted* Fi Ly Vg 26 reddat] reddit Ly Vg 26 anathemate] anathematizare Vg, anathematizari Ly 26 nicolao] Nicolaus Vg 27 residente] resistente Vg, praesidente Ly 27 testante] *omitted* Fi Ly Vg 27 2] 3 Vg; *gap* Fi 28 dogmata] documenta Vg 28 mandata] manifesta Vg 28 vel] *omitted* Fi Vc Vg 29 decreta] determinata Vg 29 ecclesiastica] ecclesia Fi Vg 29 disciplina] doctrina Ly Vg; *omitted* Fi 30 imminentium] invenium Vg 30 malorum] *omitted* Fi Vg 30–31 praesule] praeside Vc 31 salubriter] *omitted* Fi Vc Vg

cos et contradicentes suae diffinitioni quantum in ipso est subicit multis aliis poenis. Quia praeceptis et diffinitionibus apostolicis resistentes poenis variis puniuntur secundum quod ex verbis Gregorii quae ponuntur dist. 12, c. *Praeceptis* et dist. 19 c. *Nulli* et ex verbis Adriani papae quae recitantur 25, q. 1, c. *Generali* et aliis sacris canonibus colligitur evidenter. Per alios etiam contradicentes catholicos quantum in ipso est punit, persequitur et molestat quia quantum in ipso est inferiores praelatos astringit ut contradicentes suae assertioni omnibus poenis quas praelati debent inobedientibus mandatis apostolicis infligere plectant. Igitur talis gerens se pro papa pertinax et haereticus est censendus.

Tertio sic. Ille errans contra fidem est pertinax et haereticus reputandus qui facto vel verbo protestatur se nolle corrigi per illos quorum interest quia talis non est paratus corrigi et per consequens pertinax et haereticus est censendus. Qui autem gerit se pro papa et solemniter haeresim diffinit esse tenendam facto protestatur et etiam verbis se nolle corrigi per concilium generale ad quod tamen spectat etiam papam de haeresi emendare. Ergo pertinax et haereticus est censendus. Maior est manifesta; minor aperte probatur. Quia ex quo quantum in ipso est per constitutionem suam omnes Christianos et per consequens concilium generale cum soli Christiani generali concilio debeant interesse artat ad suam assertionem tenendam facto protestatur et ostendit quod propter generale concilium non vult suam assertionem revocare. Hoc etiam verbo protestatur cum in fine bullae dicat nulli licere contraire. Diffinitis per eum talia enim verba vel aequipollentia in fine constitutionum papalium consueverunt poni et subintelliguntur licet non ponantur. Ergo talis pertinax et haereticus est censendus.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 32 et] etiam Ly Vg 35 12] 11 Fi 35 19] 9 Fi Ly Vg 36 25] 21 Fi 38 punit] punitur Ly 43 ille] omitted Ly Vg 46 censendus] minor aperte probatur added Fi Vg; sed papa potest esse huiusmodi igitur etc minor aperte probatur added Ly 46 qui] quia Ly Vg 48 etiam] omitted Fi Ly Vg 48 corrigi] per illos quorum interest puta added Fi Ly Vg 49 tamen] omitted Ly Vg 49 etiam] et Vc 49 papam] papa Vg 49 de haeresi] omitted Ly Vg 50 est manifesta] patet et Fi Ly Vg 53 christiani] in added Ly Vg 55 propter] per Fi Ly Vg; omitted Vc 56 etiam] est Fi 56 dicat] omitted Fi Ly Vg 56 licere] liceat Ly 57 contraire] contrarie etiam Vg; etiam added Fi Ly 57 diffinitis] diffinitur Ly, difficultatis Vg 57 eum] qui added Ly 57 enim] omitted Ly 58 fine] omitted Fi Ly Vg 58 papalium] scriptura added Fi Vg; literis added Ly

Quarto sic qui in aliqua assertionem haereticali se firmaverit ultimate pertinax et haereticus est censendus quia talis irrevocabiliter assertionem affirmat haeticam et per consequens paratus corrigi non existit sed gerens se pro papa et solleniter assertionem haeticam. Diffiniens esse tenendam in eadem assertionem per ultimam deliberationem se firmat. Igitur pertinax et haereticus est censendus. 65

Quinto sic: qui nimis in errore persistit est pertinax; sed talis nimis in errore persistit quia ad diffiniendum errorem esse tenendum nullus potest absque temeritate procedere. Ergo talis pertinax et haereticus est censendus. 70

Capitulum 33

Discipulus: Tracta alium modum de pertinacia convincendi.

Magister: Decimo octavo de pertinacia et haeretica pravitate potest quis convinci si tali diffinitioni papae consentit consulendo cooperando inducendo vel diffiniendum esse taliter asserendo. Hoc tali ratione probatur facientes et consentientes consimili crimine involvuntur sicut et eos par poena constringit secundum quod sacri canones asserunt manifeste. Sed papa taliter diffiniens assertionem haeticam pro catholica esse tenendam pertinax et haereticus est censendus. Ergo et omnes consentientes eidem sunt inter pertinaces et haeticos computandi. 5 10

Discipulus: Ista ratio pro isto nunc sufficiat. Ideo dic alium modum de pertinacia convincendi.

Magister: Decimonono est quis pertinax reputandus si inferior existens summo pontifice aliquam assertionem haeticam 15

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 61 haereticali] haeresi Fi Ly Vg 61 firmaverit] firmavit Ly Vg 63–65 et ... haeticam] omitted Fi Ly Vc Vg 65 haeticam] sed added Ly 65 diffiniens] eam added Ly 65 eadem assertionem] eandem assertionem Fi Ly Vg 68 sic] omitted Ly Vg 68 nimis] minus Vg something corrected to nimis 68–69 est ... persistit] omitted Ly 69 nimis] minus Vg something corrected to nimis 69 persistit] omitted Vg 69 esse] esset Ly 1 33] 30 Ly, 32 Fi Vg 2 modum] errantem added Fi Ly Vc Vg 3 octavo] septimo Ly Vc 3 haeretica pravitate] pravitate et haeretica Vg et deleted in 4 si] omitted Vg, added Vgm 4 tali] omitted Vg, added Vgm 5 diffiniendum] diffiniendo Ly Vc Vg 10 et] omitted Ly Vg 12 nunc] modo Ly Vg 14 decimonono] decimo octavo Ly Vc 15 existens] episcopus Ly

decimus octavus, cum quis erroneae diffinitioni papae assentit consulendum etc, decimus nonus, inferior summo pontifici sententialiter diffinit assertionem haeticam esse tenendam Ox

per sententiam diffinitivam determinat esse tenendam iniungens aliis et imponens quod ipsam sentiant et reputent esse catholicam. Quicumque etiam tali determinationi consenserit est pertinax et haereticus censendus. Hoc ex precedentibus satis apparet quia si
 20 papa taliter determinans et sibi consentientes sunt pertinaces et haeretici reputandi multo magis inferior papae taliter determinans officium usurpando papale et sibi consentientes sunt pertinaces et haeretici iudicandi.

Capitulum 34

Discipulus: Describe alium modum errantem de pertinacia convincendi.

Magister: Vicesimo potest de pertinacia quis convinci si potestatem habens pravitati haereticae non resistit. Hoc per sacros canones multipliciter videtur posse probari. Ait enim Innocentius papa, ut habetur dist. 83, c. *Error*, “Error cui non resistitur approbatur.” Qui autem errorem approbat videtur pertinax iudicandus. Ergo qui errori non resistit si potest pertinax est censendus. Item
 5 Leo papa, ut habetur Extra, *De haereticis*, c. *Qui alios*, ait, “Qui alios, cum potest, ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat.” Ex quibus verbis datur intelligi quod qui potest haereticos ab errore revocare et non revocat est inter haereticos computandus et per consequens pertinax est censendus. Item Iohannes papa, ut habetur dist. 86, c. *Facientis*, ait “Facientis proculdubio culpam habet qui quod potest corrigere negligit emendare.” Qui itaque pertinaces haereticos quos potest corrigere negligit emendare pertinacium haereticorum culpam habet et per consequens inter pertinaces haereticos est habendus.

Discipulus: Vellem scire an omnes literati sentiant tales esse haereticos.

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 16 esse] *omitted* Fi Vg 17 quod] ipsi *added* Fi Ly Vg 17 reputent] eam *added* Ly Vg 17 esse] *omitted* Vg 18 consenserit] consentit Ly Vg 21 papae] Sc: papa Ly Vc Vg 1 34] 33 Fi Vg, 31 Ly 4 vicesimo] decimonono Ly Vc 8 errorem] errantem Fi 9 item] iste *added* Vg 10 ait] *omitted* Vc 14–15 iohannes papa] *omitted* Fi 15 ut habetur] *omitted* Fi Ly Vc Vg 15 86] 90 Fi, 96 Vc, 80 Ly, 30 Vg 15 facientis¹] faciliter Fi Ly Vg 15 facientis²] faciliter Fi Ly Vg 15 proculdubio] proculdubium Vg 16 quod] cum Fi; *omitted* Ly Vg 16 corrigere] et *added* Ly 16 negligit] negligunt Vg 17 pertinaces] et *added* Fi 17–18 emendare] *omitted* Vg 18 pertinacium] pertinaciae et Ly, pertinaciam Vg 19 pertinaces] et *added* Ly Vg

Vicesimus modus pertinaciae, si potestatem habens pravitati haereticae non resistit Ox

Magister: Quidam dicunt quod magis proprie debent vocari fautores haereticorum et haereticae pravitatis quam haeretici, tamen pertinaces secundum eos etiam poterunt appellari quia pertinacia ad plura vitia quam ad heresim se extendit.

25

Regularly reported: Fi Ly Vc Vg 22 quidam] *omitted* Vc 24 tamen] cum Vg 24 pertinaces] etiam *added* Fi Ly Vg 24 etiam] *omitted* Fi Ly Vg 25 ad²] *omitted* Fi 25 extendit] Explicit liber quartus primae partis dialogorum de pertinacia haereticae pravitatis *added* Fi